

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dialogorum sacrorum Libri Quatuor

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1565

urn:nbn:de:bsz:31-102436

ut aquilis monachus ab
monachis. Quia et annis post
tum puer astori filius qui
er distans amicari. et auctu
mumper non ligari. sed agilli
virgine obprobria mole
faci. ut aquilis non sed rite on
fonser ut ligari.

non
iun
a
nu
que
est
pla
mu

XI A. 51.
gym 2573

EX
BIBLIOTHECA
ILLUST
CAROLI

VIII 83273
a

B 273
a

Utricula om

HAN
LII

Nern
auc

Au

Cun

Ty

S. C. marginales

Dialogorum sa crorum, Libri Quatuor:

A V T O R E S E B A S T I A
no Castellione: qui Opus recogno
uit: Argumenta singulis Dialogis pre
posuit, & Sententias subiecit: ex qui
bus pueri discant officium, hoc
est, quid imitandum ut, aut
declinandum.

Accesserunt nunc postremò eiusdem
S. C. marginales Anno
tationes.

Accepterunt Margarita Ricardus


BASILEAE, PER IO-

annem Oporinum. 1565.

REICHERTUS DER

gnr gatt gesagt

2 an Gym 2573



J 2

S E B A S T I A N V S
C A S T E L L I O C H R I S T I A -
n i s L e c t o r i b u s . S.

Hos Dialogos, fratres charissimi, compoſuimus, ut pueri haberent, unde eadē opera & mores Christianos, & orationem Latinam discerent. Itaque eorum rudis tati in primo Libro seruuiimus, sermone facillimo, eoꝝ minus eleganti, & tamen Latino utentes: & pueris quasi præmansum cibum in os inserentes. In cæteris iam elegantius loqui coepimus. Quod autem Dei nomen IOVA Hebræum usurpavimus, quod nullum Dei proprium nomen Latinè extat (nisi forte Iupiter: sed id ut pollutum, omittamus) id etsi principiō videbitur fortasse durius, tamen usu mollescat: & quod insuetum aures radet, idem usitatum demulcebit. Valete,

a a DIA-

DIALOGORVM SACRORVM SEBASTIANI CA- stellionis Liber primus.

ADAMVS. Gen. 3.

ARGVMENTVM.

Serpens Euam, & Eua porrò Adamū im-
pellit ad uescendum fructu uetito. Deus ue-
rò ipsos tres ad totidem pœnas damnat.

Serpens, Eua, Adamus, Ioua.

Arborum
fructibus.

Calumnia-
um origo.
abolus me
mario, ne uesceremur fructu eius, neue etiam at-
acij pater, tingeremus, nisi uellemus mori. s. b

Nequaquam
deum calū-
piatur, quasi
moriemini propterea: sed scit Deus, si comedē-

liud sentien-
tis de eo, tum oculos uobis apertum iri, atque i-

tem quam di-

xerit.

Oculi sunt li. b

Ita planè uidetur, et fructus ipse est c pul-

enestra cupi-

cher sanè uisu: n

scio an sit ita dulcis gustatu, ue-

ditatis.

Qui pecca-

runtamē experiar. Vah, quam dulcis est d imper-

uht, si alios

tiendum est etiam marito. Mi uir, si scires quam sa-

luoq; ad pec-

candum in-

uitare solēt. pe. a.

Quando ita uis, faciam. Ah flagitium feci-

musa.



V R uetuit uos Deus uesci omni-
bus a arborib. pomarij: e. Licet
nobis uesci fructibus arborū po-
marij: tantum Deus nobis interdi-
xit ea arbore, quæ est in medio po-
marij, ne uesceremur fructu eius, neue etiam at-
acij pater, tingeremus, nisi uellemus mori. s. b Nequaquam
deum calū-
piatur, quasi
moriemini propterea: sed scit Deus, si comedē-

liud sentien-
tis de eo, tum oculos uobis apertum iri, atque i-

tem quam di-

xerit.

Oculi sunt li. b

Ita planè uidetur, et fructus ipse est c pul-

enestra cupi-

cher sanè uisu: n

scio an sit ita dulcis gustatu, ue-

ditatis.

Qui pecca-

runtamē experiar. Vah, quam dulcis est d imper-

uht, si alios

tiendum est etiam marito. Mi uir, si scires quam sa-

luoq; ad pec-

candum in-

uitare solēt. pe. a.

Quando ita uis, faciam. Ah flagitium feci-

musa.

LIBER I.

5

Mus. E. Quid est? A. e Nonne uides miseris, nos e Peccati
 esse nudos? E. Video, & me pudet: sed quid nobis faciendum est? A. Texamus nobis subligacula ex folijs, quibus tegamus uerenda. E. Bene mones: & est hic fucus folijs magnis, & aptis huic rei. A. Sed o nos infelices; uideor mihi audire uocem.

scientia n
ter est pue
ris: pudet
tem uide
cū debeat
dere pec
ti.

E. Ioua est. Misera me, uereor ne deprehendat nos nudos. Abdamus nos in hoc densum nemus. I. Heus heus Adame, ubi es? A. Audita uoce tua in pomario, sterritus sum; & quia nudus eram, abscondi me. I. Vnde didicisti esse te nudum? Num nam comedisti de arbore, de qua precepferam tibi ne comederes?

f Sontes
ce Dei re
tur.

A. Comedi quideim: sed & præbuit mulier, quam tu adiunxisti mihi. I. Quid nam fecisti mulier? B. Decepta a serpente comedi. I. h Quoniam istud fecisti serpens, tu eris detestabilissima omnium bestiarum: omniumque animalium terrestrium, & incedes in pectus, & uorabis puluerem quādiu uiues. Quinetiam conciliabo tantas inimicitias inter te & mulierem, interque semen tuum & eius, ut id conterat tibi caput, tu autem ei calcem. Te quoque femina, afficiam plurimis doloribus & ærumnis, ut cum dolore parias, & tota pendas ex imperio uiri tui. Et tu Adame, quoniam morem gerens uxori tue, comedisti de arbore, cuius esu interdixeram tibi, habebis terram infecundam tua culpa, & ex ea quæ res uictum laboriosè dum ui-

g Pecca
tuum ex
re, doct
est ue
Adami.
h Deus s
tes dan
citra di
tatione

DIALOG. SACRORVM

ues, cum interim ipsa procreabit tibi carduos ex
sentes. Tu uesceris herbis terra nascentibus, & cum
sudore uultus tolerabis uictum: donec redeas in
terram, ex qua ortus es. nam puluis es, & in pul-
uerem redibis.

SEN TENTIA.

Ob unius hominis inobedientiam mors
intravit in mundū. Disce puer, obedientia.

C A I N V S. Gen. 4.

A R G V M E N T V M.

Deus Cainum damnat ob fratricidium.

Ioua, Cainus.

Caine, ubi est Abel frater tuus? c. b Nescio:
nūquid ego sum custos fratribus mei? l. Quid
fecisti: ipse sanguis fratris tui edit ad me clamorem
de terra. Quonobrem uiéris terra infesta: ut que
aperto ore hauserit sanguinem fratris tui, de tua ma-
nu. ea non præbeat amplius uim suam tibi colen-
ti. Tu errabis uagus per orbem terrarum. c. c Mea
culpa est maior, quam ut possit remitti. En ego
hodie exterminatus a te, ex ipso solo terrarum, er-
rabo uagus per orbem terrarum, fugiens tuum cō-
spectum: ita ut qui proximus inuenierit me, interficiat. i. d In modo uero quicunque interficerit Cainum,
orreat subibit poenam septupli. Quare apponam tibi hāc
notam, ne si quis inciderit in te, perimat te.

S E N -

In iusti
perpetran

Abraham
Ioua ei pro
de Sodoma
ceinde Lo
culo.

Ibrahimu

Vlaco tr

Uom eff,

locianto estu

uiquid me,

uia noli alio p

uia pedes par

hanc sub arbo

uia panem, ut r

uadi. Hac est i

o. Sic faciemu

lome propre

topina facia

uotti bofites

LIBER I.

SEN TENTIA.

Iniusti nequeunt ferre iustos. Quæ clām
perpetrantur, palām pūnientur.

LOTVS. Gen 18.

ARGUMENTVM.

Abraham excepit Genios hospitio: &
Ioua ei prolem promittit, consilium q̄suum
de Sodomæ eversione patefacit. Idem facit
deinde Lotus, & a Genijs eripitur ex peri-
culo.

Abrahamus, Ioua, Genij duo, Puer, Sa-
ra, Lotus, Vxor Loti, So-
domitani.

Video tres homines aduersum me. Non dubi-
um est, quin sint defesi de uia, præsertim
hoc tanto æstu: quare currā eis obuiā, ut retineā
eos apud me. Domine, si uis facere mihi gratiſi-
mū, noli aliò potius diuertere quām ad me. Laua-
biis pedes paucula aqua adhibita, deinde requie-
scetis sub arbore. Ego interea curabo uobis paran-
dū panem, ut recrectis animos uestrros, deinde per-
gatis. Hæc est uobis idonea causa diuertēdi ad me.
c. Sic faciemus. a. Iā propero in casam. b Sara,
sume properè tria sata farinæ filigineæ, ex qua
deperfita facias panes subcinericioris. Nam aduētant
nobis hospites, quos ego uolo accipere laute. Itaq;

a Pijs sunt
benefaci-
dū uelo
& alijs b
facere be-
ficij loco
eunt.

b Pijs suo
cent ber-
centiam.

8 DIALOG. SACRORVM

iam curro ad bouile: uolo enim mactare uitulum,
 quo eos tractem opipare. tu interea cura, ut nihil
 desit eis quod opus sit hospitibus. s. Fiet. Propterea
 Hagar, incende ignem, tepefac aquam ad depen-
 dum, dum ego promo farinam. Age ita, dum aqua
 tepefit, para mactram: subige farinam: expediamus
 omnia que iusfit herus. A. Macta eum expedite
 puer. Heus Sara. s. Quid uis mi uir? A. Cura no-
 bis luculentū focū, s. Iam accēsus est. A. Impone ar-
 henū. Volo ego hospites meos curari diligētissimē
 atq; humanissimē. Est ne adbuc detrecta pellis isti
 uitulo, puer? p. Imo ita disiectus est. A. Cōiijciamus
 hēc fructū in abenū. Subiice tu plura ligna, ut co-
 quātur celerius. Despuma ius. Hagar, instrue men-
 sam: sed foris in umbraculo, sub arbore. Nihil libē-
 tius quam uiatorib. benefacio: & certe eos negligē-
 re, inhumanū est. Hospites, omnia sunt parata, ac-
 cumbite, et uescimini lēto animo. Habetis hic buty-
 rū, habetis & lac. Boni cōsulit quod adeſt, quodq;
 Deus largitur in p̄fēctia. Puer, appone eis uituli-
 nam. i. Vbi est Sara uxor tua? A. Adeſt in taber-
 naculo. i. Cum reuismant te eadem tempeſtate anni
 que nunc eſt, habebit Sara uxor tua filium. s. Ha-
 ba he, ridiculū. Ego ita uicta sum, & indulgebo uo-
 luptati scilicet: cum meus quoq; dominus conſenue-
 rit. i. Cur tandem ridet Sara, negas se posſe pārere,
 quia cōſenuit? dEst ne aliquid, quod Ioua nō poſſit
 effi-

ix suprea
 s huma-
 promit-
 deus, ea
 cula judi-
 humana
 ratio.
 deus ho-
 es quoq;
 e facit,
 illoquin
 atur fie-
 n posse.

LIBER I.

efficere? Cum reuism te, inquam, anno uertente,
habebit Sara filium, s. e Ego non risi, t. f Imò uero
risisti. Sed iam pergamus confidere iter reliquum.
A. Ego comitabor uos, nisi molestum est. i. Ego
ne ut cœlem Abramum, de eo quod sum factu-
rus, ex quo profectura sit gens maxima & poten-
tissima, per quem omnes g̃etes orbis terrarum sint
consecuturæ felicitatem? nam certò scio, g̃e um p̃ræ
cepturum esse suis liberis, & porr̃o suæ in poste-
rum stirpi, ut uiuant ex meo p̃scripto, & colat
iusticiam atque ius, ut ego p̃stet Abramam
que promisi ei: profecto non celabo. Abramam
uolo tibi indicare qui sim, & quod eam. Ego sum
Ioua. Cum uiderem dissipatos esse rumores, de tot
tantisq; flagitijs Sodomitanorum & Gomorreo-
rum, h̃ statui deuenire huc, & explorare, utrū sint
plane profligati, quemadmodum accepi fama &
auditione: an non sint, g. Nos quidem antece-
damus. A. Sed quidē perdes ne etiam bonos unā
cum improbis? Si erunt quinquaginta uiri boni in
urbe, an etiam perdes? nec ignoras illi loco, pro-
pter illos quinquaginta bonos, qui erunt in eo?
Abſit ut tu sic facias, ut interficias bonos cum ma-
lis, sitq; eadem conditio proborum & improbo-
rum. Abſit ut tu, qui moderaris totum orbem ter-
rarum, non facias equum. i. Si inuenero in ur-
be Sodoma quinquaginta uiros bonos, ignoras

a 5 toti

e Metus ho-
mines impe-
lit ad metie-
dum.f Modestia r
prehensio,
ut pote pec-
cati infirmi-
tate cōmiss
g Iusti su-
iusticiam d
cent.h Cogno-
dū ante-
judices.i Iusti de-
storum
te sollicit

10 DIALOG. SACRORVM

toii loco propter eos. A. Facio fortasse audacter,
 qui audeam alloqui te Dominum meum, ipse pul-
 uis & cinis: sed tamen si forte defuerint quinque
 de quinquaginta bonis, an propter quinq; excin-
 des totam urbē? I. Non euerā, si inuenero ibi qua-
 draginta quinque uiros bonos. A. Quid si quadra-
 ginta? I. Etiam propter quadraginta abstinebo.
 A. Queso ne ægrē feras Domine, si pergo que-
 rere. Quid sit tringita. I. Etiam sic abstinebo. A.
 Possum uideri audacior, qui alloquar Dominum
 meum. Quid si uiginti? I. Etiam eorum causa non
 peruertam. A. Interrogabo te hoc postremum,
 si tibi grauis non sum: Quid si decem? I. Propter
 decem non eueram. C. Iam aduersperascat, & nos
 singularis appropinquamus urbi. L. Video huic aduentare
 pri uirtus, duos hospites. Ibo eis obuiam, ut eos deducam ad
 ii inter in- spitalissi- me. Saluete uiri præstantissimi. C. Salue & tu uir
 os hospita itus esse humanissime. L. Peto à uobis, ut diuertamini in do-
 potuerit. mum meam, ut ibi lotis pedibus pernocteis, cras
 repetituri uestrum iter. C. Imò pernoctabimus
 in foro. L. At ego non patiar diuertimini ad me:
 accipiam uos, si non laute, ac certe hilare. C. For-
 tasse erimus tibi graues. L. Iucundi potius: ne ue-
 remini. Tam mihi erit gratum uos accipere hospiti-
 o, quam eſet accipi à uobis, si istic eſsem. C. Post-
 quam tantopere uis, nolumus esse pertinaces. L.
 Ergo sequimini me. Hic est mea domus. Intrate:
 quod

LIBER I.

ii

quod bonum sit. Uxor cura calefaciēdam aquam,
 ad lassos pedes horum hospitium: & servul con-
 fice panes coquendos in foco. Vos interea hic re-
 quiescite, dum paratur cœna. Age iam uxor, con-
 strue mensam: fac ut omnia sint nutidissima, ne
 quid offendat animos horum. Hospites accumbite,
 uiuimini letō animo his quæ suppeditant nobis in
 præsentia diuina benignitate. Sed quid? quem tu-
 multum audio, uxor? quis est iste clamor? que tur-
 be excitantur? v x o r L o t i . Hei mihi, perij-
 mus, mi uir. L. Quid tandem est mali? v. To-
 ta ciuias, mi uir, obſidet aedes nostras. Iuuenes, se-
 nes, deniq; uniuersi circuſident nos. L. Valde ue-
 reor, quo hæc euasura ſint. Sed audio clamantes.
 s o. Heus heus Lote, ubi ſunt homines iſti, qui ue-
 nerunt ad te ſub noctem? Produc eos nobis, ut eos
 cognoscamus. l. O' flagitium. Sed ne trepidate
 hospites: exibo ad eos, & obſerabo post me ia-
 nuam. Adsum. Quid clamatis? s o. Volumus
 uidere hospites, qui diuersantur apud te. L. Ob-
 fecro uos, fratres mei, ne tantum ſectus faciatis.

k Hic pude-
 at inhospit-
 les, Sodomi-
 tarum disci-
 pulos.

Sunt mihi duæ filiæ, adhuc à uiris integræ: eas ma-
 lo dedere uentre libidini, qm̄ finere ut quid no-
 ceatis his hominibus, qui cōmiserunt ſe ſub preſi-
 dium mei tecū. s. Recede paulisper iſthuc, ut con-
 ſultemus de iſta re. Quid facimus populares? ac-
 cipiemus ne puellas ea conditione, ut dimittamus
 iuuenes?

12 DIALOG. SACRORVM

m Peregrini, quamvis bene suaden tibus, obtremperare nolle, arrogan-
tia est. iuuenes? A L. Non est opus longa deliberatio-
ne.^m Iste unus peregrinatur in nostra ciuitate: &
nos reget, si dijs placet. S O. Iam te Lote pe-
ius multabimus, quam ipsos: ne tu putas nos uelle
subiisci peregrinis. Agite, inuadamus eum. G.
Recipe te confessim ad nos Lote. L. O' facinus
audax, o profligatum & perditam nationem.

er hard Obseremus fores firmissime. S. Effringamus fo-
res: occidamus istos aduenas, qui cum nusquam
possint habitare, uenient ad nos. G. Ne trepidat
hospes, nunquam irrumpent nobis inuitis. L. O'
mauditam nequitiam. Siccine hic uiolari ho-
spites & peregrinos, quorum ius debet esse san-
ctissimum? G. Sed a te ipsum. Iam uidebis ultio-
nem presentem. S O. Quid est hoc, o ciues?

m Deus im-
pios interdu-
cta cœcat, ut
pijs nocere stisne? A L. Minime uero: et miru est. Cœcine sumus,
nequeant an non hic est illius domus? A L. Est omnino: sed

D Deus in ubi est ostium? G. O Lote, si quos habes prete-
re gratiam pio- rea generos, aut filios, aut filias, deniq; quoscunq;
orum, etiam habes in urbe, educ ex hoc loco. Nam nos quidem
iporum amici parcit. iam delebimus hunc locum. Huc enim ad hoc ip-
sum misi sumus à Ioua, apud quem increbuit tan-
ta importunitas horum. L. Habeo uobis gratiam,
qui habeatis rationem non solum me & salutis, sed
etiam

VM
liberatio-
nitate. &
e Loti pe-
nes nos uelle
sem. c.
O facinus
actionem.
ringamus fo-
m niquam
Nec trepla-
tus. l. O
iolari ho-
te se san-
ebis ultio-
, o ciuci
l. Nescio, &
asimilatur
scime fons,
minuo: sed
obes prete-
; quoscunq;
nos quidem
ad hoc ip-
rebut tan-
bis gratiam,
e salutis; id
etiam

LIBER I.

13

etiam meorum. Iam adeo eos. v x. Valde sum so-
licita de meo viro, qui est egressus domo: ita con-
seleratus est hic totus populus. Metuo ne quid
grauius patiatur, etiā à suis. Nam hodie nulla san-
cta fides est, ne inter fratres quidem. L. Iam re-
deo. G. Quid egisti? L. P. Visus sum iocari eis, quo p. Impij fra-
rum saluti prouidebam. A L. Homines sunt despe-
rati. Pereant, quoniam nolunt seruari. Sed iam di-
liculum est: & tempus admovent emigrandum es-
se hinc. Agedum, adiunge tibi uxorem tuam, &
duas filias, ne aggredieris ad interitum tam perdi-
te ciuitatis. q In perio-
dum cuncta
mature uitari periculum. L. Atqui non uidetur
emigrandum tam manē. G. Atqui nos non sine= r Summi
mus te perire, quin potius manu educemus & te
& tuam coniugem, & filias. Agite, exeamus ex
urbe. Sed caue, si tuam uitam amas, ne respicias
post tergum, neve usquam moreris in planicie.
Euade in monte, ne pereas. L. Feto à te Do-
mine, ut remittas hoc mihi, postquam tu pro tua be-
nignitate decuincis me tanto beneficio, ut custodias
mihi uitam. Certè non potero euadere in montes,
quoniam me attingat illud malum, quo moriar. Sed est
hic propinquum oppidulum ad confugendum, in
quo queso ut liceat mihi euadere, & ita consulere
uite meæ, est sane perparum: G. s. Piorū
Etiam in hac ces exa-
re Deus,

L

diffensum aliquem
dignum, malefici
non maximo, cu
m Pater, si ita c
uius parere in
me, cuius est in
spiritu hanc be
neficium. g. Abr
moacit. g. Can
uelas. Jam e
migro pietas, s
magis unico. s
uo se arietem in
unus. uicet si
inuita.

58
Nihil tam di
plin, qui credi
ueritur.

EPI

ARG
Abrahamus
stipulaturam.

Abraham
Ego sum pere
tei. Quare tr
unter ne fira, u

14 DIALOG. SACRORVM

Piorum vi
uit is salu
taris.
In gratiam
orum dif
fertur impi
rum suppli
cium.

re indulgeo tibi, ut non euertam istud oppidum:
Cōser te illo. "neq; enim licet mihi facere quicquā,
quim tu eō peruerteris.

SENTENTIA.

Deus nesciatur cum pijs, eisq; patet facit ar
cana sua, & eos remuneratur & tueretur. Ma
nuit Deus ut innumerabiles impij uiuant,
quam ut uel unus pius una cum illis pereat:
Maior est Dei in unum piuum amor, quam in
omnes impios odium, quem quidem eius a
morem debent imitari pij.

ABRAHAM VS. Gen. 22.

ARGUMENTVM.

Abrahamus, iūliu Dei, filium suum Isaac
uult immolare. Deinde prohibente Deo, im
molat arietem.

Abrahamus, Isaacus, Genius.

homi
l uerita
tator d
c, sed ci
medda
enam. I
Am terium diem iter facimus, & videor uidere
procul locum destinatum sacrificio. uos hic ope
rimini una cum asino, dum ego & puer inuis illuc,
ut adoremus Deum, postea redituri ad uo. Tu I
saace portabis haec ligna ad comburendam hostiā,
ego feram ignem & cultrum. Eamus. i.s. Mi pa
ter. A. Quid uis, fili misi s. Hic quidem est ignis
ex ligna, sed ubi est agnus immolandus? A. Deus
prouidebit ipse sibi agnum in sacrificium, fili: nos
interea pergamus. Ecce uenimus in locum, quem
Deus dicebat mihi. Construamus hic aram. Recte
est.

LIBER I.

15

est: disponamus lignum. Nunc mihi oportet ut te
colligem, mactemque; quando ita uisum est Deo o-
ptimo maximo, cuius voluntati resistere nefas est.
I. Mihi Pater, si ita certum est Deo, fiat. Nam didicisti
ei, sibique; parere in rebus omnibus. A. Pater omni-
potens, cuius est imperare, obsequor tuis iussis: ti-
biisque; macto hanc hostiam, hoc cultro, mea ipsius
dextera. G. Abrahame, Abrahame. A. Quis
me uocat? G. Caue ne afferas manum puero, ca-
ue ne lœdas. Iam enim mihi satis perspecta est tua
religio et pietas, qui propter me non pepercere
filio, eique; unico. A. Hem quid hoc rei est? Sed
uideo ne arietem in dumo harentem cornibus? Sal-
uare est. uiuet Isaacus: haec mactabitur gratior
Deo uictima.

B
b Deo uolu-
tas pro fa-
cio est

SENTENTIA.

Nihil tam difficile aut durum est, quin id
possit, qui credit. Deus suorum pietatem re-
muneratur.

EPHRON. Gen. 23.

ARGUMENTVM.

Abrahamus mercaturab Hettæis fundum,
ad sepulturam Saræ uxoris suæ.

Abrahamus, Hettæi, Ephron.

E Go sum peregrinus ex aduena inter uos, Het-
tæi. Quare tribuite hi possessio sepultu-
re inter uestras, ubi sepeliam Saram.

16 DIALOG. SACRO RVM

que mortua est, ut scitis. **H** Attende nos Domine.

A Virtus etia^m Tu es quidam princeps diuinus in nobis: tuū est inter peregrinatos pollet. tūum. Nemo nostrūn prohibebit te suo sepulcro,

quo minus sepelias in eo. **S A.** Ago uobis gratias pro uestra tanta humanitate ac liberalitate. Sed si uobis cordi est ut sepeliā meum defunctum, et auferam ē conspectu meo: concedite mihi præterea, ut agatis pro me cum Ephrone filio Sigoris, ut atribuat mibi cauernam duplice, quā habet in extremitate sui agri, & attribuat iusto argēto, in uestra presentia, in usum sepulcri. **E.** Auscultat mibi po-

b Magna est tuis Domine. **E**go tibi dono & agrum & cauernardū etiā nam agri, & quidem in præsentia meorum populin barbaris larium. Sepeli tūum mortuum. **A** Imō tu potius & Nō semper auscultat mihi. **C** Ego soluā tibi pecuniā pro agro, accipiendo eam tu accipe à me. **E.** Domine attende. Hic fūst, quicquid donatur: dus quo de agitur inter nos, est quadringētis sīclis argenti: si uis sepelire tanti. **A.** Accipio tanti. Et iam appendam tibi præsentem pecuniām. **V**os Het*t*ei estote testes, ut Ephron addicat mihi in possessionem quadringētis his sīclis argenti, agrū suū duplici cauerna, qui ager est erigētē Mambre, id est Hebronis, unā cum ipsa cauerna, & omnibus arborib^m que sunt undiq^m; in toto spā-

Ce-

S E N-

SEN TENTIA.

Iusticia commendat hominem, apud eos
qui non sunt omniō perditio.

REBECCA. Gen. 24.

ARGUMENTVM.

Dispensator Abrahāmi dicit Rebeccam
filiam Labanis Mēopotamij, in matrimo-
nium, Isaaco herili filio.

Dispensator Abrahāmi, Rebecca,
Laban, Bathuel.

Hec heus puella, da tibi bibere paulum a-
qua ex tua urna. R. nō uero perlubet, uir
optime. Hem, bibe.^a Quinetiam ad aquabo tuos ca-
melos, quantum sat erit. D. At ego te, pro isto bene
ficio, dono hac in aure, atque his duab. armillis. Sed
age fac sciam, cuius sis filia: et an sit in eadib. tui pa-
tris locus, ubi possumus pernoctare. R. Evidē sum
filia Bathuelis, quem Melca peperit ex Nachore.
Straminis autem et pabuli apud nos affatim est,
nec non locus ad pernoctandum. Sed ego curro in
oppidum, ut nunciem hęc omnia domi, ita ut ha-
bent. D. b Ago tibi gratias, Ioua, quid non desti
tuisti tua bonitate, et fide, Abrahamum herum
meū, tui cultorem: qui me deduxeris per eam uia,
qua uenirem domum cognitorum domini mei. L. prædicant.
Ain tu? R. Ita est. L. Et dono dedit tibi istam in-
surem, et armillas? R. Etiam. L. Vbi reliqui-

a Humanū
homines ul-
trd plus eti-
beneficio-
rum confe-
runt, quan-
orantur.

18 DIALOG. SACRORVM

sti? R. Ad fontem, & ecce cum tibi apud camelos. L. Precor tibi louam propitium homo. D. Et ego tibi uiciſtm, uir humanissime. L. Narrauit nobis hæc soror mea Rebecca, qui nam sis, et unde uenias. Quod cum primum audiui, statim curauit parari tibi diuersorum, & tuis camelis stabulum, ne foris maneas. Quamobrem sequere me. D. Ago tibi gratias pro tanta comitate & diligentia. Sequor. L. Eamus hac. Hic sunt eades nostræ: Vos curato hos camelos stramine & pabulo. Vos afferte aquam lauandis pedibus huius, & comitum. Bene est, accumbite. D. Dabitis mihi ueniam. Bonus pro arator ma-
is memor est officij i, quam uo luptatis.

c Non capiam cibū, quin prius dixero, cuius causa huc uenerim. L. Dic ergo. D. Ego sum seruus Abrahani, hominis quem Deus dedit mirum in modum, oue, capra, boue, arzeto, auro, seruis, annellis, camelis, atq; asinis: cui etiā iam seni Sara uxor peperit filium, quem ipse constituit heredem ex asse, meq; etiam iure iurando astrinxit, ne locarem ei nuptiū, quæ esset ex Cananæis, in quoru terra habitaret ipse: sed irem domum paternam, eiq; eligerem uxore gentile. Cui cum ego dicerē: Quid si mulier nolet me sequi? d Deus, inquit ille, cui ego per omnem uitam parui, tecum mittet nuncium suum, qui tibi secundabit hoc iter: ita sumes filio meo uxorem mihi gentilem, ortamq; ex domo paterna, hac re excolueris te religione iuris iurandi, quo

Pij deū si-
ad futuru-
erit spe-
rant.

M
spud ca-
um homo.
e. l. Nat-
nam si, et
statim cu-
nibus fabu-
querent,
diligent-
les nostras:
abulo. Vos
et comitii
ueniam.
in causa
m seruus
nirum in
ruis, an-
i Sara u-
heredens
ne loca-
uorū ter-
nam, eis
re: Quid
le, cui ego
nuncium
unes filio
domo pa-
risurandi,
quo

LIBER I.

13

quo te astringo: si forte non impetraveris ut mulier
te sequatur. Ita persuasum est mihi ut uenire. Atque
hodie uenisse ad fontem, ita cogitabam mecum: ^e Ioua
Deus heri mei Abrahami, si tu mihi ades in hoc i-
tinere, da mihi ut me nunc hic stante ad fontem, ue-
niat puella haustura, quae mihi roganti det aquam
^e ex urna bibendam: atque etiam aquetur meos camelos,
ut intelligam eam esse quam destinasti hero meo. Vix
hec cum tacitus cogitaram, cum subito ecce e-
gressa Rebecca, ferens urnam in humeris, descen-
dit ad fontem, atque haurit. Et cum petiuisset potum
ex ea, cōfestim deposita urna offert, et dicit eiam
se se ad aquatram camelos: quod et fecit, ad aqua-
uitque me et camelos. Ego quæsiui ex ea, cuius esset
filia? Respondit: Batuclis filij Nachoris, ex Melca.
Tum ego accōmo davi fronti eius in aurem, et ma-
nib. armillas: et summissè adorans Iouā deū heri mei
Abrahami, gratias egī quod d' deduxisset me in rectā
uiam, ad conciliandam filiam herilis cognati filio
herili, quam ex his argumentis intellexi eam esse.
Nunc ergo, si certū est uobis facere hoc beneficium
domino meo, facite ut sciam: si nū minus, nihil se-
cius, ut infistam aliam uiam. L. ^fHæc res plane ex
Deo orta est, neque nos omnino possumus repugna-
re tibi. ^b Ita habet. Proinde habe tibi Rebeccam
tuo arbitratu, eamque ducito nupturā hero tuo, si-
cut uisum est Ioua. D. Gratia habeo Deo primum,

Deus p-
mentem ir-
cit ad ea p-
tenda, qu-
ipse eis pr-
parauit.

^f Ex felie
gociorū
gressu si
animadu-
tere lice-
deresse Dei

b z qut

20 DIALOG. SACRORVM
qui ita uoluerit: deinde uobis, qui nō repugnaue-
ritis. Tu uero Rebecca, & uos, non recusabi-
tis hęc quantulacunq; dona, que attuli iussu mei
domini.

S E N T E N T I A.

Deus dirigit pios in uiam, eorumq; actio-

nes secundat.

I D V M V S. Gen. 25.

A R G U M E N T U M.

Efaus vendit Iacobō fratri prærogatiuam
etatis.

Efaus, Iacobus.

Imperi mihi de rufo, de rufo isto. nam redē rū
re exanimatus laſitudine. 1. Vēde mihi in pre-
ſentia prærogatiuam tue etatis. 2. En ego iam
iamq; emorior: quō mihi istam prærogatiuam? 1.
Ergo confirma mihi iam nunc uenditionem iureiū
rando. 2. Confirmo, quid uis̄ iuro, addico. nihil
facio ius istud etatis, præ edulio.

S E N T E N T I A.

Breuiſſima uoluptas hominē priuat per-
petuis bonis. Idem uisueniet impijs, qui a
more carnalium uoluptatum prodigunt be-
na cœlestia.

V E N A T O R. Gen. 27.

A R G U M E N T U M.

Iacobus arte materna præuertit à patre
fecilitatem Elai. Efaus serius ueniens, fru-
stra lachrymatur.

R e-

LIBER I.
Rebecca, Jacobus, Isaacus,
Esau.

Pater tuus misit uenatum fratrem tuum Esau,
me audiente, ut afferat ferinam: ex qua cōfē-
etum pulpamentum ipse edat, eiq[ue] bene preceatur à
Ioua, antequā moritur. Nunc audi fili mi, quid ue-
lim à te fieri. Adi pecus, et inde afferto mihi duos
boedos opimos, ex quibus conficiam patri tuo edu-
lū, quali maximè delectatur: quod offeres ei, ut ti
bi bene preceatur, priusquam excedat uita. IA. Sed
frater uillosus est, ego depilis. Quod si forte pater
me attrectauerit, putabit se mihi esse ludibrio. ita-
que mihi male, non bene precabitur. R. Istam im a Obedier
precationē ego præstabo nate: tu modò gere mihi
morem. IA. Si ita iubes, certū est obsequi. Eo. R.
Mihi magno pere curandū est, ut agā hāc rem cal-
lide et prudenter, ne meus maritus deprehēdat fal-
laciā. nam ut amat rusticū illū Esau, nunquā cū
postponet Iacobō, nisi fraude inductus. Ego uero
Iacobū plus amo, et studio eum obrepere in felici-
tate, quā cōciliabū patris preces ei, cui bene omi-
natus fuerit. IA. Redeo mater, affero boedos. R.
Factū bene: agedum parem cupedianam patri tuo,
euiusmodi scio suauem esse eius palato. Recte est,
parata sunt omnia. Nunc age, induam te uestimenta
preciosa Esai, quae habeo penes me. Hic orna-
tus te cōdecet. IA. Quid manus et collū, quod pi-

b 3 līs

22 DIALOG. SACRORVM
lis caret? R. Vestientur pelle hoedorum. Bene
habet: accipe ruric hanc escam, atque hunc panem
quem confeci. Abi, uide ut agas prudenter. IA.
Dabo operam Pater. IS. Quis tu es fili? IA.
Esaus primogenitus tuus. Exequutus sum manda-
tum tuum. Surge, age uescere ferina, ut mibi bene-
preceris. IS. Quid sibi uult, quod tam cito nactus
es, fili? IA. Ioua, Deus ille quem colis, obiecit mihi.
IS. Accede huc, ut te attrectem fili, sciamque utrum
sis ipse Esaus, nec ne. Quid hoc est vox quidem Iacobi
est, sed manus Esaie. Tu ne ergo re ipse natus meus
Esaus? IA. Planissime. IS. Accede ad me, ut uescar
tua ferina, fili, tibique bene precer. Suavis esca sane-
funde uitum. IA. Hem tibi. IS. Nunc age, ample-
ctere me. Quam suavis odor uenit ad nares meas?
Frangas fili mi, non aliter quam solet ager latus
munere Ioue. Faxit Deus, ut terra pinguis, irri-
gata rore coelesti, effundat tibi magna copia sege-
tes et uvas. Tibi seruant nationes, te colant po-
puli, dominus sis fratum tuorum, teque reuerean-
tur ex eadē matre nati. b Qui tibi imprecabitur, e-
sto execrabilis, et infelix: qui tibi bene uoleat et o-
ptabit, esto fortunatus. IA. Bene gesti meum ne-
gocium, mater. Non agnouit me, et ex attrectatio-
ne putauit esse Esaum. RE. Bene est. Sed Esaus
iam reuersus parat ferinam, quam offerat patri.
Videamus quid agat: nam multum fallit eum spes.

b. At-

orūm a-
is. Deus
propiti-
inimicis
aduer-
sus.

LIBER I.

23

g. Attolle te mi pater, et uescere mea ferina, ut mi
hi bene preceris. 1s. Nam quis tu es? e. Ro-
gas? primogenitus tuus Esau. 1s. Totus obstu-
pesco, horrecoq;. Quis ergo is est, qui modò attulit
mihi ferinam? Nam ex ea prorsus comedient
tuum aduentum, eiq; fausta omnia sum precatus:
que res rata erit. b. Hei mihi, num quid caue
est, quin ego perpetuo perierim? Attamen mihi
quoque bene precare pater. 1s. Frater tuus ren-
astu tractauit, abstulitq; faustitatem tuam. e. Ne
ille probè respondet suo nomini, qui me iam bis
circumuererit. Primum enim fraudauit me præro-
gatiua etatis: deinde nunc intercepit bonam pre-
cationem, mihi debitam. Sed nihil ne tibi reliquum
fecisti, quo mihi faustum aliquid precere? 1s.
Profectò feci eum dominum tuum, statuiq; ut fra-
tres ei seruirent, cumq; muniri frumento et uino.
Quid uis tibi iam faciam fili? e. Solūmne id ha-
bebas? imperti etiam me aliqua felicitate. Heu quid
agam miser? 1s. Habebis quidem domicilium mi-
nus bonum et à pinguitudine soli, et à supero ro-
re coeli, et uiuens gladio seruies fratri: uerunta-
men erit tempus illud cum uicissim uinces, oxcu-
tiesq; iugum eius de collo tuo. e. Non prole! a-
best luctus à patre meo. c. Nam certum est
mihi, interficere Iacobum
fratrem.

b 4

SEN-

e Impi
morti
liuntur
pter h
celesti
impij
prode
pii con
ti sunt

M
m. Bene
c pacem
er. 1a.
lub. 1a.
mand-
bi bene-
do natus
ecu mibi.
anq; utru
de iacobi
tus meus
tuescar
ca sanè.
ample-
es mead
ger latu
uis, pri-
pia seg-
lant po-
ne ean-
bitur, e-
et v o-
neum ne-
trectatio
Sed Esau
at patri
eum fles
8. At-

SENTENTIA.

Properandum est, & artipienda occasio.
Serò plorat Esaus: serò uenitur ad colligen-
dum Manna post ortum solem, aut die Sab-
bathi. Serò afteruntur falces post messem,
cum iam nihil superest nisi spicilegium. Se-
rò pulsant fores fatue uirgines. Serò cona-
buntur intrare pigri per portam iam clausam.

IACOVS PROFVGVS.

Gen. 29.

ARGVMENTVM.

Iacobi profugi congressio cum Rebecca
sobrina sua.

Iacobus, Pastores, Rachel.

Fratres, unde estis? p. Ex Charra. 1. Equid
noscis Labanem, filium Nachoris? p. Maxi-
mè. 1. Valet ne? p. Valet: atq; ecce tibi Rache-
lem filiam eius, huc ueniētem cum pecudibus. 1A.
Hem diei multum adhuc est, necdū tempus est co-
gēdi pecoris, quin adaquatis pecudes, deinde itu-
ri pastū? p. Non possumus, donec conuenerint
oēs greges, quō auoluamus saxū ab ore putēi, atq;
ita ad aquemus. 1. Sed uenit Rachel agens peccus.

Quos amā q̄bū d cēso auoluere saxū, ut hauriam ei aquam,
nisi libe. atq; ianc primam ab ea incam gratiam? O' mea
+ benefaci mus. Rachel, amplectere me. r. Abstine tu manū, quis
tu es? 1. Ego sum Iacobus patruelis tuus, filius Re-
becca, non cōtimet lachrymā, præ gaudio! r. O'
felicens

LIBER I.

25

felicem aduentum. Sed ego cesso ire in urbem, ut
nunciem haec meo patrie

SENTENTIA.

Gaudent mutuo congressu consanguinei. Sunt autem p̄ij omnes inter se divisa
na consanguinitate coniuncti. *LABAN*

LABAN. Gen. 31. *LABAN*

ARGUMENTVM.

Laban fugientem Iacobum assequutus,
cū eo iurgatur. Deinde fit inter eos fœdus.

Laban, Iacobus, Rachel.

Quæratio impulit te, ut inscio me, abducere
ceres meas filias, tanquam ferro partas?
Cur clam & nesciente me aufugisti, neque fecisti
me certiore, ut prosequerer te uoluptate carni-
num, tympanorum, cithararum? neq; permisisti
mibi, ut oscularer meos & natos & natas? Stulte sa-
nè fecisti. Et erat mihi in manu, nocere uobis.
b Sed Deus uester patrius heri monuit me, ut ca-
uerem ne te offenderem ulla re. Verum esto, pro-
fectus sis sanè præ desiderio, quod capiebas ē do-
mo paterna: deos uero meos cur furatus es? 1.
Illud feci adductus metu, ueritus ne tu eriperes mi-
hi tuas filias. Quod autem attinet ad tuos deos,
c si quem penes inuenieris eos, per me quidem ple-
statur capite. Noscita, præsentibus necessarijs no-
stris, si quid tui est apud me. 1. Recte dicit. Per-
scrutabor uestra tabernacula. 1. Non recuso quo

a Natos us

cant ne po

tes, more

Hebraico.

b Deus ini

stros monet,

ne noccant

iustis.

c Periculor

sanè cond

tio. Sed De

us quæ per

cula inscie

ter adeua

pij, abijs n

rifi. a sapie

tia eos ue

tur.

b s minus

26 DIALOG. SACRORVM

minus uestiges omnia. r. a. Video me esse in magno periculo. Nam Laban pater meus conquirit per omnia tentoria suos deos penates, quos ego fuita sum, meo uiro nesciente. Quod si factum deprehendetur, concitauero magnas turbas. Commisceda aliqua fallacia est, & quidem subito. nam meus pater iam aderit hic. Probè inueni uitia. obruam eos in hoc stercore ~~in~~ lino, deinde sedabo super: facilè eum fallam. l. Rimatus sum acerrimè tabernaculum Iacobi, tum Lie, tum duarum ancillarū. nusquam inueni. Restat tabernaculum Rachelis: in quo si non erunt, mirabor. Hæc omnia sunt mibi perscrutanda. Hic quidem non sunt, neq; hic. Quid sub hac culcitra? tantundem. At in hoc angulo erunt: at non sunt. r. c. Noli æmendaces. grè ferre, domine, quòd nō possum assurgere tibi: nam sum in menstruis. l. Perquisui omnia diligenter: sed nusquam comperi meos deos penitiales. l. Quod nam cœcepit tantum scelus, aut quod facimus admisi in te, ut tu me sic persequereris. Scrutatus es omnia mea utensilia: ecquid inuenisti de ulla supellestile tuæ domus? Promeruimus necessarijs utriusque nostrum, ut ipsi iudicent de utroq; nostrum. Iam uiginti annos egredi apud te: tuæ oves & capræ nunquam fuerūt infœcundæ: non comedí arietes tuæ ouiariae: nihil ad te retuli exceptum feris: ipse semper præstili damnum:

tit

^c Periculum
facit interdiu
mendaces.

L
nib; semper impa-
rit, mi interdiu
l. d. Daniq; ea
m. et. q; et de no-
t. d. occurs mei.
w. q; sum don-
natos, pro tuis d-
m. c. upriscum t-
d. a. d. Quod nij-
ubans, et terror
m. q; me uacu-
m. q; sum per-
d. M. e. sunt ha-
q; queq; hic uid-
optime cœulâ m-
runt. Opinor, si eg-
r. c. remenio utrig-
g. c. opçp ex hoc
m. c. uide lapides. C
d. l. l. Hic hodi-
m. c. ne ergo te. 1. Pe-
d. d. datus. l. An-
m. c. ton specturum q-
m. c. uide ab alter-
d. d. s. fi dices al-
m. c. un ha-
m. c. palla peri-
m. c. v. Alioquin qui

VM
se in ma-
nus conquiri
quos ego su-
factum de-
par commis-
sarium nam
in via, ob-
leende fede-
atus sum a-
et tuum du-
abernacu-
bor. Ha-
uidem non
antudem.
Noli e-
urgere tibi:
omnia dilati-
s deos pe-
n seculis, aut
persequen-
tia: ecquid
Prome-
rum, utriq;
inti annos eg-
n fuerū infa-
rie: nihil ad u-
stii dannun-

LIBER I.

tu mihi semper imputasti: si quid per furtum amis-
sum est tam interdiu quam noctu, meo periculo a-
missum est. Deniq; ea fuit mea cōditio, ut et de die cō-
ficerer āslu, et de nocte gelu: et interea somnis ab-
eset ab oculis meis. Ian hic mihi uigesimus annus
agitur, cum sum domi tuę. Seruiui tibi quatuorde-
cim annos, pro tuis duab. filiabus: sex aut̄ pro ouib.
et capris: cum tunc interea mutauisti mihi merce-
de d decies. Quod nisi Deus patrius, uidelicet Deus
Abrahāni, et terror Isaaci, affuissest mihi, tu quidē
dimisisses me uacuum. Sed et respexit ille miseras et
labores quib. sum perfunctus: id quod heri satis o-
stēdit. L. Me et sunt haec filiae, mei filii, meū pecus: de-
niq; quicquid hic uides, meum est. Et nunc quo pa-
cto optimè cōsulā meis his filiab. et filiis quos pepe-
rerunt? Opinor, si ego et tu seriemus foedus, quod
sit testimonio utriq; nostrūm. I. Optimè. Ego hic
erigam cip̄ pū ex hoc saxo: uos mei propinquai ac-
cumulate lapides. Capiamus cibum super hoc tu-
mulo. L. Hic hodie tumulus erit medius testis in-
ter me et te. 1. Per placet. Atq; ex hac re uocetur
Galaadus. L. Aut etiam Masspha: ut significet,
Deum aspecturum quid fiat à me et te, cū discesse-
rimus alter ab altero. Quod si tu eris durus meis fi-
liab. aut si duces alias in matrimoniu præter eas,
tum haec pasta perinde sunto, atque si nulla facta
sint. Atq; huius quidem rei testis est. Deus utriq;

Vides

d hoc est, se
pe.

e Deus resp̄
cie miseras
suorum.

f Etiam re
inanimate
testes sunt,
nō illę qui
dem uerbis
sed re.

28 DIALOG. SACRORVM

Vides hunc tumulū, uides & hunc cippum, quem extruxi inter me & te? Hic tumulus, & hic cippus, testes sunto, nego me aduersum te, neque te aduersum me transiitū eos ad nocendum) Deus Abrahami & Deus Nacheris, utriusq; Patrius, sunto nostri uindices. I. Ego coniuro per terrorē mei patris Isaaci. Atque ut hēc sint sanctissima, faciam hodie sacrificium in hoc monte, ad cuius epus las uos omnes invitio. L. Condicimus.

S E N T E N T I A.

Deus suos tuetur ab aduersarijs.

IACOBVS REDVX. Gen.33.

A R G U M E N T U M.

Iacobus ex Mesopotamia rediens, Esaum fratrem donis pacat.

Esaus, Iacobus.

O Salve multū, mi frater charissime. I. Salve & tu plurimū germane mihi optatisſime. 2. Ut te libenter amplector post longum spatiū temporis? I. Et mihi profectō iam diu nihil fuit iucundius, quām nunc uidere te in columē. Itaque p̄e gaudio nō teneo lachrymas. 2. Nec ego possum nō flere: ita totus leticiā gestio. Sed quid sibi uult iste grex mulierū & puerorum, quos tecum ducis? I. Vxores sunt, & liberi, quibus me Deus, quæ sua est liberalitas, ditauit. 2. Quid au-

tene

tem tibi uult totus ille grec, quem offendit uenies?
 1. Volui te eo dono mihi placare. s. a Satis multa
 habeo frater, habeo tibi tua. 1. Ne repudia me qua-
 so: si te mihi propitiū habeo, accipies à me munu-
 sculū. Nā b quod uidi faci tuā, uideor mihi uidis-
 se numen quoddā: nec mirum, qui mihi tam facilis
 fueris. Itaq; quæso ut accipias à me munusculum,
 quod ad te adductum est: postquam Deus pro sua
 benignitate tam multis bonis me cumulauit, ut nul-
 la re caream. e. Quando urges tantopere, acci-
 pio, et si nihil opus erat. Age eamus, ego ibo unā
 tecum. 1. Scis pueros esse teneros, ouesq; et ca-
 pras et boues pregnantes: quod si fatigentur uel
 unum diem, actum est de oib; et capris omni-
 bus, interibunt. Sed amabò i p̄r̄: ego pergam cle-
 mēter et placidē, prout postulant ea que p̄r̄ mo-
 duco, ipsiq; pueri, donec ueniam ad te in Seir. e.
 Saltem relinquā tibi aliquot ex meis comitibus. 1.
 Quid opus: gere obsecro mihi morem.

a Vincitur
interdum te
ritas offi-
cij.

b Prudens,
& aduersa-
rio non no-
xia, sed po-
tius utilis si-
mulatio.

SENTENTIA.

Potentiorum ira comitate & summissio-
ne est lenienda.

JOSEPHVS VENDITVS.

Gen. 37.

ARGUMENTVM.

Iosephum ob inuidiam uendunt fratres
mercatoribus Ismaelitis.

Simeon

30 DIALOG. SACRORVM

Simeon, Leuis, Ruben, Iosephus,
Iudas, Mercatores.

Ecce uobis somniator ille. Agite, occidamus
eū, deiijciamusq; corpus eius in aliquam spe
cum. L. Sed quid renunciabimus patri de eos s.

a Peccatum a deuoratum esse ab aliqua fera. Videbimus quor-
pārit mēda sum euadant eius somnia. R. Impium sit, maculare
eium.

manus sanguine pueri, idq; fratri. Deducimini ab
ista mēte. Nihil potestis grauius consulere in nos,
aut in patrem nostrū. s. Vnde tibi inceſit ista no-
ua religio? Vis ergo finamus cum uiuere, qui suis
insomnijs portēdit, nos omnes, ipsosq; adeō paren-
tes, fore sibi supplices? An nō dignus est, qui eat
somniatū apud inferos? R. Frater, si ita futurū est,
qui caueat! sin minus, quid times, usq; adeō ne im-
dignum tibi uidetur, si puer imperitus somniauit.
quid potest esse culpa in somnijs? postremo si adeō
obfirmasti animum, neq; potestis auocari ab isto.

b Probi im-
probus à
decendo a-
iocare si nō
ossunt „fa-
lēm ut leui-
is peccent,
n. adent.
cōſilio, est hic puteus sine aqua. b Saltē abſtinetе ma-
nus, demittite in puteū, culpa erit aliquāto minor.
s. Ruben, tu uideris. Nobis certū est, perdere pue-
rū. 10 s. Plurima ſalute uos impertimus fratres amā-
tiſſimi. s. At noſ te malo maximo impertimus,
qui ſomniast te coli à fratribus, quos nunc ſalutas
tam blandē. Agite, diſcindamus ueſtē hanc uerſi-
colorē, qua pater eum ornauit, delicatulū puel-
lū. 10. Hec mihi, quid cogitatis mihi facere?

L. Ne-

LIBER I.

31

L. Nec ab imus. 10. Ah ne facite. s. Stat sen-
tentia. 10. O fratres charissimi, per Deum optimum
maximum, per communem nostram parentem, qui consi-
cetur mero re, obsecro, obtestor, quid feci? quod
est meum scelus? que mala mens uos agit? s. Frustra
rogas. 10. Fratrem uestrum? s. Certum est.

c. Surda est
ad misericordiam,
preces cru-
delitas.

I. Ah uester sum, uester sum frater. s. c Surdo ca-
nis : demittite. r. At ego subduco me hinc, non
sustineo adesse in tam tristi spectaculo. I. Heu me
misericordia, quod detruitor: nimirum ad manus. O pa-
ter, pater, quam tristem nunciū accipies de filioe
in quanto luctu trahes uitā? Iuda obsecro tuam fi-
dem, miserere mei, miserere parentum. L. Sede-
amus hic meridiatūri. IV. Video mercatores quo-
dam uenientes: uultis auscultare mihi? Quid pro-
fuerit nobis cruenta cædes fratris nostri? Vēdamus
cum potius Ismaelitis, quos uidetis uenientes. Ne
afferamus hostiles manus fratri: ab sineamus à san-
guine. Nam certè frater noster est, procreatus eo-
de semini. Agite, finite uos exorari. I. Recite ait.
s. Sed ne forte. IV. Frater, ne metue. amittes cum
uenditione, non minus quam nece. L. Ita est. ac-
cedit etiam questus ex uenditione: quem quæstum
amitteremus, si cum necauerimus. s. I. Sino, fiat. IV.
Heus mercatores, uultis ne emere puerū quendam
elegantem? M. Fortasse; fac uideamus. IV. Extra-
hite eum è puto: empturi sunt, IO. Nunc quidem
mili

32 DIALOG. SACRORVM

mihi pereundum est, video, ex rabor ad cædē. 14.
Ne trepida, non necaberis, sed uendēris. En uobis
puerum lepida forma. M. Herclē bellum, & in-
genuum. Quanti eum indicatis? 1. Triginta ar-
genteis. M. Accipimus. Accipite pecuniam.

S E N T E N T I A.

Inuidia homines impellit ad quod uis fa-
cinus. Et Deus suos nō equidē deserit, sed
ut exploret, in extremos angores uenire pa-
titur.

JOSEPHVS CAPTIVVS.

Gen. 40.

A R G U M E N T U M.

Iosephus captiuus interpretatur somnis
prægustatoris & pistoris Pharaonis.

Iosephus, Prægustator Pharao-
nis, Pistor.

Quid accidit, ut hodie uultu sitis adeo moe-
sto? P. R. Somnia uimus uterq; & a care-
mus cōiectore. 10. At habet Deus cōiectores. Agi-
te, narrate mihi. P. R. Videbar mihi in somnis ui-
dere ob oculos uitē, ex qua tres palmites oriētur:
que deinde, quasi germinaret, produxit flore, un-
de uia plenæ racemis mature cebāt. Erat autē mihi
in manu poculū Pharaonis. ita y. cœpi uias, easq;
in id expreſsi, deinde tralidi ei in manū. 10. Hec
est

Nimirum
ntelligebat,
omnia inter
sum diuini-
us remitti.
et quod ue-
num erit, &
quod etiam
cum vulgo
persuasum.

Cod. Aug. 11. fol. 95v

LIBER I.

³³ est interpretatio: Tres palmites, tres dies sunt hinc ad triduum Pharaon iubebit te produci e carcere. re-
stituetq; in locu muneris pristinum, stabisq; ei ad cyathos, ut antem. Quamobrem ubi adeptus fueris hoc tantum bonu, facito queso ut memineris mei, pretestq; mihi hoc beneficium, ut facias mentione mei apud Pharonem, meq; extrahas ex hac domo. Nam surreptus sum clam ex terra Hebreorum; neq; quicquam feci, quamobrem compinge-
ter in carcerem. p. 1. d Recte sane interpretatus es. Sed audi meum quoque somnium. Tria alba canis-
tra erant super capite meo, in quorum summo in-
erant Pharaonis omnis generis cibi pistorijs, quos inde aues comedebant. I. Accipe coniecturam. Tria canistra, tres dies sunt. Abhinc tres dies, iussu Pharaonis securi ferieris, atque in crucem tolleris, ubi alites uorabunt tuum cadauer.

b Hoc est
tres dies si
gnificant.

quatuor

ad eum

Hoc Gen.

c Hoc di-
cit, ut ostendat se dignus
esse qui libetur.

d Et tam
nudum ex e-

uetu cogar-

uerat. Se-

dum sic ap-

quadrat in

interpretatio-

fidem facit.

Idem in g-

ximo dabo

go sit in Pha-

raon.

SENTENTIA.

Deus pijs arcana detegit: idem q; uiiam ad eorum salutem sepe longè antem preparat.

JOSEPHVS CONIECTOR.

Gen. 41.

ARGVUMETMUV.

Iosephus interpretatur Pharaoni duo somnia, ob easq; causam Pharaon præficit eum toti Aegypto.

c Pha-

24 DIALOG. SACRORVM
Pharao, Iosephus.

Somniai quiddā, quod remo mihi potest interpretatione explicare. Te aut̄ audio esse cōfectorem somniorum, ideoq; te accersiui. 1. Equidē is sum, per quem Deus interpretetur somnum tuū Pharao. Itaq; narrā. p. Videbar mihi, astante ripae fluminis: atq; ex eo exierunt septē uaccæ bene habite, & pulchre uisu, quæ pascebātur in cārecto. Ecce autem deinde septem aliae graciles, & deformes supra modū, & tenui corpore, quales nū quam uidi in Aegypto: quæ deuorauerunt priores. quas cum demississent in sua uiscera, tamē id nō apparebat: adeò semper macie deformes erant, ut prius. Ego somno solutus sum. Deinde rursum oppressus somno, uidebar uidere septē spicas crescentes in uno calamo, opimas & formosas: secundum quas succrescebat totidem aliae graciles et tenues, & excese uredine, quæ deuorauerunt septem illas generosas. Hæc ego indicaui coniectoribus: sed nemo est qui possit mihi explicare. 1. Somniū tuum unum est Pharao. Deus præmonet te eorū quæ futurus est. Septē uaccæ generosæ, sunt septē anni: septē spicas item, idem uolunt: unū idemq; somniū est. Septem uero uaccæ & spicas tenues, septem alij sunt anni, quibus famēs uigebit. Hoc idipsum est quod dixi: Deus quod facturus est, tibi indicat. Sic habeto: Septem annos proximos fuiuros esse fertiliſſimos

Hoc est i- b unum est Pharao. Deus præmonet te eorū quæ fa-
mū indicat.

lissimos frugū terre, presertim in Aegypto. quos sequetur alteri, ita infesti penuria omnis cibi, ut læta illa ubertas priorū sit omnino cōsumenda fame. Tanta inquā laborabitur penuria, ut tantæ rerum abundantia ne uestigii quidem ullū supersit. Nam quod cōbis somniasti, id ideo factū est, ut intelligas omnino decretum esse Deo ita facere, idq; breui. Quare dispice, Pharaō, uirū aliquē scientē & peritum, quē p̄ficias Aegypto. Præterea curatores & ædiles annonæ, qui legant quintas in Aegypto, cogantq; quām maximum numerū frumenti, his proximis se p̄t annis uberib. quod condant nomine tuo in urbes. Ita siet, ut proximo septēnio duplas consequaris annonas, quib. Aegyptus defendatur à fame & pernicie altero septēnio. p. O salutare consiliū, & dignum homine sapientissimo. An quisquā hodie est, qui æquè spiret numerus atq; hic? Ergo cum Deus indicet tibi Iosephe tātas res, non est dubium quin thesis prudentissimus et sapientissimus omniū. Itaq; iam nunc uolo ut sis gubernator domus meæ, utq; omnis meus populus pareat imperio tuo maior ero te solio tantum. En trado tibi curam & gubernationem totius Aegypti. atque ad confirmationem huius rei, hunc annulum detractū meis digitis, in duo tuū: tecū dono hac ueste byssina, & hoc torque aureo. Iubeoq; te uehi currū primo secundum meum; & uolo proclamari ante te, Cō-

cōrennulate,

*c. Quæ satis
us, inculca
Deus, ea d
to decreu
d. Etiam
uinitus in
misla mal
declinari
terdum p
sunt.*

Solus.

Egi.

36 DIALOG. SACRORVM

genulate. Ne uiuam Pharaō, nisi tu unus eris in tota Aegypto, cuius iniussu non audebit quisquam uel mutire. Deinceps iam non uocaberis Iosephus, sed Saphnathopancas, ut nomine ipso pollicearis interpretationem obscurorum. Atque ego tibi depondeo Asiatam, filiam Potiphræ pontificis Heliopolitani. 1. At ego tibi Rex, pro tantis beneficijs habeo gratiam, quantam maximam possum: daboq; operam, Deo uolente, ut ne te mandati, nec me recepti muneris poeniteat.

S E N T E N T I A.

Deus pios post dolores & infamiam mira arte euehit ad uoluptates & honores. Quod si non omnibus pijs accidit in hac uita: at in futura accidet. Nam prima pars uitæ Iosephi, quæ calamitosa fuit, umbra est huius uitæ piorum: altera uero, futuræ. Atque idem dieo de Iacobo & Dauid. Ad gaudia uenitur per dolores: ad honores, per infamiam: ad dulcedinem, per amaritudinem: ad altitudinem, per humilitatem: per mortem, ad uitam.

IOSEPHVS AGNITVS.

Gen. 44.

A R G U M E N T U M.

Filiij Israeliſ reuocati de uia iuſſu Iosephi, furti ſimulatè accusantur: tandem Iosephus ſeſe eis aperit.

Præ-

Præfектus domus Iosephi, Filij Iosephus, Rubea, Iudas, Iosephus.

RESTATE uiri. Hucus uos appello, si silete gressū.
Hoccine est humanum factū, aut dignā hospitibus, pensare bonum malo? An nesciebatis eam esse, qua herus est solitus potare? At etiam sperabatis cum ignoraturum, qui est diuinus: male omnino à uobis factum. **P.** Quid tibi uis homo, cum tua ista iracundia: aut quid nos accusas? **P.** Ita uos Deus amet, ut nescitis. **P.** Nam qui sciamus? **P.** Sufurati estis pateram heri mei. Scitis nunc? At etiam ut fingunt uultum? **I v.** Pace tua dixerimus, uir optime: absit procul a nobis istud facinus. Tute scis, ut reportauerimus ad te usq; è finib. Cananæorum, argentum repertum in ore saccorū nostrorū tantum abest ut sustulerimus ē domo domini, tui aurū, aut argentū. Ita tecū agemus. Si quem penes deprehensa fuerit pater, ipse moriatur, nos omnes perpetuae seruituti adducimur. **P.** Imò agemus mitius. Qui fuerit conuictus furti, mihi seruus esto: cæteri liberi discedunto. **P.** Placet: deponamus sarcinas oxyus, hem, scrutare ut libet. **P.** Placet conquirere à maximi sarcina, ad minimi. Hic quidem non est, neq; hic: sed præfectio inuenietur. Vbi ubi est, diu celari non potest. Euge manifestū furtum. Hic est in sacco minimi natu. An etiam nunc potestis

38 DIALOG. SACRORVM

filii negare? deprehēdi ne ego sumem manifestariū
 r. Aperta res est, perijmus funditus. Heu rem mi
 seram, & luctuosam. An ulli unquam mortales fue
 runt & quē infortunati, atque nos sumus? iv. E-
 quidem nequo satis mirari. Atat, data nobis sunt
 uerba, redeamus properē omnes ad Saphnathopā-
 neam, si ulla superest spes salutis. Ah pater pater,
 quam metuo male, ne tibi accidat, quod metuebas
 tantopere. i.e. Quid facinus fecisti hospites? An
 diuinis el-
 ideoq; po-
 se diuina
 artum ue-
 strum?
 ummissio
 conatur
 las lenire
 ephum.
 it qui scie-
 Iudas, se
 sinnocen-
 Sed quia
 t parti-
 s eccl̄,
 etati quo
 e partici-
 pi se facit.
 ignoratis, me & unum eorum esse qui diuinant? v.
 b. Quid dicemus domine? quid loquemur? quā cau-
 sam afferemus? Deus patet fecit peccatum & nostrū:
 ecce nos tibi seruos, unā cum eo apud quem inuen-
 ta est patera. io. Bona uerba. inō ipse unus mibi
 seruiet, uos redite salui ad patrem uestrum. v.
 Queso ut liceat mihi pauca loqui apud te, cum bo-
 na uenia. nam tu quident es alter Pharaō. Cum pri-
 mūm huc uenimus, ut tute scis, frumentādī gratia,
 rogasti num'nam eſſet nobis pater, aut frater. Nos
 respondimus, patrem eſſe nobis genem, fratremq;
 natum iam annoso patre, cuius item germanus al-
 ter excessiſſet uita. illum tum ſolūn reſtare domi-
 cū matre, patriq; eſſe chariſſimū. et tu iuſſisti fratrē
 illū adduci ad te, quōd diceres uelle te uidere. Nos
 respondimus, patrē non poſſe carere eo, quin mo-
 reveretur præmōrōre. Tum tu interdixisti nobis a-
 diu ad te, niſi minimus natu frater cōpareret nobi-
 scus.

M
seflariū
u rem mi
tales sue
iv. E-
nobis sunt
nathop-
ter pater,
matibus
dici! An
nent? iv.
equā cau-
e nostri:
em inuen-
tus mibi
n. IV.
e, cum bo-
Cum pri-
digrati,
ater. Nos
fratremq;
manus al-
stare domi-
sisti fratre
dere. Not
quim mo-
stnobis a-
pareret nobi
scum.

LIBER I.

39

scum. Nos retulimus omnē rem patri. Cumq; iube-
ret nos redire hac eadē de causa, negauimus uenta-
ros sine fratre. Pater diceret, ex duobus filijs, quos
suscipisset ex uxore, alterum à feris decoratū eſſe,
nec postea uisum sibi: aberum supereret. qui si ab-
duceretur à ſe, et aliquid humanitū accideret ei, d morers-
nos fore in cauſa ut ſenex misere interiret. Nunc
ſi reuertar ad eum, neq; reducā puerū, quem unicē
amat ſimulatq; uiderit me, morietur: atq; ita fueri
mus autores miſerrimae mortis patris nostri, eiusq;
ſenis. Atqui ego uas factus pueri ſitēdi. Quare ob
ſecro, ut e ego potius ſeruiam ſeruitutem apud te,
pro pueri: ipſe redeat domum, cum fratribus. Ne-
que enim ſuſtineo redire ad patrem, ſine pueri, ne
uideam mala quibus afflabiturſio. Enim uero iā
non contineo me, nec poſſum amplius diſimulare.
Vos exite omnes foras. O fratres mei, ego ſum Iose
phus. Obſecro, eſt he ſuperstes pater? Quid obſlu-
puifisti? amplectiñini me. Oh, nō coimeo lachry-
mas. Ego ſum Iosephus germanus uester, quē uen-
didiſti mercatorib. euntib. in Aegyptū. Proinde ne
angimini, ne ue dolete, quod me uēdideritis. Nam f Dei ſap-
tia homin-
ſhoc totū profectū eſt à prouidētia Dei, qui uoluit peccata u
ut huic anteuenirem. Etenim duo anni fame infesti tit in bon
elapsi ſunt: ſupereret albiu. quīnqueuī, quo neq;
ſementis fieri, neq; meſſis. Quidam obrem Deus pre-
misit me in hæc loca, quod ſciebat uos eſſe uentures,

C 4 ut

Ego
adiu

40 DIALOG. SACRORVM

ut esset qui seruaret uos paternamq; domum. Itaq;
non uos, sed Deus misit me qui effecit ut essem Pha-
raoni pater, toti eius familie dominus, uniuersis
Argyptijs princeps. Quocirca profiscimini con-
tinuo ad patrem, & narratote ei, me esse & uiuere.
& magnum, atq; gratiosum: proinde ne cunctetur
commigrare ad me una cum tota domo, & pecori-
bus. Supellecilem ne moretur: plurimam enim hic
esse. Nam aliam uos in terra quadam feraci, non pros-
cul hinc. Ecce uos uidetis oculis uestris, uidet cha-
risimus frater Beniamin, ut colloquar uobis
meo ipsius ore: licet agnoscatis, & omnia renuncie-
tis patri. O mi Beniamin, teneo ne ego te? ut liben-
ter amplector charissimum mihi capitulum? Agite,
amplectar uos omnes. Saluete fratres, redditi mihi
post longum tempus. F. I. Salve & tu frater mi-
tißime.

S E N T E N T I A .

Deus est misericordia, etiam peccata suorum
conuertit ad ipsorum salutem.

M O S E S E X P O S I T U S .

Exod. 4.

A R G U M E N T U M .

Moses infans à matre expositus, reperitur
à filia Pharaonis, & matri ignoranter tradi-
tur alendus.

Ioca-

LIBER Primum. 41

Iocabeda mater Molis, Maria soror,

Termuthis filia Pharaonis, Ancilla.

Hucusq; euasimus clanculum, & iam peruenimus ad flumen. Nunc exponendus est hic insans puer, ne Pharao resuscitat eum esse seruatum a nobis, contra suum mandatum atq; uoluntatem. Nam quod seruauimus eum iam tres menses, fecimus cum misigno periculo. Sed melius erat uenire in discrimen etiam de vita, quam sinere necari tam formio sum puerum. O' crudelem regem, qui iusserit interfici omnes partus mares. Quam multi sunt perempti iussu eius, in ipso ingressu uitæ? Quæ est unquam audita tanta immanitas & infantes iugulari in ipso limine & ingressu uitæ? O' mi filiole, ego mater misera, cogor exponere te hic in papiro: te, quem tuli utero, quæ peperi, quem per tres menses occultauis, & occultarem adhuc, si possem. O' rem acerbam: me ne separari a te, sine ulla spe tui unquam uidendi? Quid me futurum est? quid te autem fili, quem hic deserо? Verum cum non possimus quod uolumus, uelimus quod possumus. Quod meum fuit, feci, ut te occultum haberem. Nunc commendo te clementie & prouidentie diuinæ. Vale mee deliciae, vale mi filiole. M. Mater, ego hic manebo in occulto, si tu permittes, ut uideam quid futurum sit. M. Permitto, & do-

c s mum

Joc

DIALOG. SACRORVM

nam redeo. T. Hic est flumen, quò uenimus ad la-
uandum. Vos pedissequæ hic in ambulatio secun-
dum flumen: ego cum ancilla concedam in hunc re-
ceßum amoenum et occultum. Sed quid uides in
papyro, ancilla? nise quid sit. Videtur mihi esse ei-
sta. A. Et rectè uidetur, hera: et quidem est obli-
bitum in pice. T. Adser eam huc. Aperiamus.
Ah miselle: puer est uagiens: miseret me eius. Ex
pueris Hebreorum est. M. Venio in summam spem
conseruandi pueri. Accedam. Salve domina. T.
Quid tu aie? M. Vis ne ut accersam tibi nutricem
ex Hebreis, quæ nutritat tibi puerum? T. Bene di-
cis, accerse. M. Iam hic aderit. T. Bonis auſpi-
cijs hue descendi. ¹ Habeo puerum, quem curabo e-
teruandis st-
s utitur in-
erdum ope ptatus. Neque uereor offendere meum patrem,
a hominum in re tam pia et humana. Ah scelus est, iugulare
ongē aliud
ogitantium partus recentes. At quam elegans est, quam be-
nū ipse
egitat. Ego
naturus? Nonne flagitium est, necare tales pue-
ros? M. Hic tibi adduco nutricem, domina. T.
Mulier, tu educabis mihi, et enutries hunc puerū.
Ego tibi soluam mercedem. **M**aciam.

SEN TENTIA.

Quos Deus seruare uult, eos equidem
in summa pericula uenire patitur, at non
perire.

DVMVS. Exod. 3.

ARCV-

nos ad la-
bitis secun-
dum hunc re-
siduas in
mibi esse ci-
ment effodita
Aperianus.
se eius. Ex
nunquam psem
nima. T.
bi iuridicu-
r. Bene di-
nus auſpi-
carabo e-
re mihi o-
in patrem,
st. iugulare
quād be-
re tales pu-
omina. T.
unc pueri-
n.

equiden-
t, et non

ARGVMENTVM.

LIBER I.

43

ARGVMENTVM.

Ioua in dumo ardente alloquitur Mōsem,
eumq; mittit in Aegyptum , ad liberandos
Israelitas ex seruitute.

Mōses, Ioua.

Dum immortalem, quid mōstri uideo? du-
mū ita ardenē, ut tamē nō cōsumatur? Li-
bet uidere quid hoc sit rei. i. Mōses Mōses. m. Quid
est? i. Locus hic sacer est. noli accedere huc. De-
trahā tibi calceos de pedibus. Ego sum Deus patris
tuorū, Deus Abrahāni, Deus Isaaci, Deus Iacobi.
a Respicio
Deus miseri-
as suorum.
^ Vidi angustias populi mei qui est in Aegypto, ge-
mitumq; audui, quem exprimit violentia exacto-
rum operis. Noui labores mcorum. Itaq; descendit,
ut cripiam eos è manib; Aegyptiorū, abducām q;
ex illa terra, in terram bonam & amplam, abun-
dantem lacte & melle: quam incolūt Cananēi, Het-
tei, Amorreī, Pherezēi, Heuei, Iebusēi. Et nunc
uolo mittere te ad Pharaonē, quō educas populum
meū, posteros Israelis, ex Aegypto. m. Nam b quis
ego sum, ut adeam Pharaonem, educām q; Israeli-
tas ex Aegypto? i. Adero ego tibi, atque hoc signo fux.
intelliges te esse à me missum. Cum eduxeris eos ex
Aegypto, coletis Deum in hoc monte. m. Age sa-
nē, adiuero Israeltas, dixero me missum à Deo pa-
trum ipsorum. Quod est, dicent, nomen eius? Hic
ego quid respondeā? i. Ero qui ero. Dices Israeltis:

Ero

b Pij sunt fi-
bi consejū
firmitatis

44 DIALOG. SACRORVM

Ious He. Bro misit me ad uos: dices inquā, missum te à Ioua braicum Dei. Deo patrum ipsorum, Abrahāmi, Isaaci & Iacob est à futuro bi: atque hoc esse nomen meum immortale, quo noverbi quod El mine uolo notus esse in sempiternum. I modō, conse. uocatisq; senioribus Israëlitis dicio, te à me esse missum, qui tibi apparuerim: quicq; statuerim eos respicere, liberareq; calamitate, qua opprimuntur per Aegyptios, atq; auchere in regionem longè omnium feracissimam. Vbi te audierint (audient enim) adibis tu undam cum senioribus regem Aegypti, quem admonebitis nomine Dei Hebreorū, ut sinat uos procedere iter tridui per deserta, uestroq; Deo sacrificare. Nec uero me latet, non per-

¹ Deus occa- misurum, nisi ui coactum. ² Quare afflictabo Aegyptū miris modis, ut tandem amittat uos libens. ³ initios.

⁴ Quidam ne abeatia uacui, ⁵ ponam populum in gratiam cum Aegyptijs, perficiantq; ut mulieres tiā inimicorum bene egressura exorent uicinas et hospites uasa aurea & argentea, & uestem: que deinde imposta uestimentis liberis exportabitis, atque ita compilabitis Aegyptum. ⁶ At enim non habebunt fidem dicitis meis, negabunt quod uisum mihi Iouam.

⁷ Quid istud est, quod tenes in manus? ⁸ M. Virga est.

⁹ I. Abi ce humi: quid nunc, quid est? ¹⁰ M. Perij, serpens est. ¹¹ Ne fuge, sed prehende manu caudā eius. Vides rursum uirgam factam: ut credant tibi uisum esse Iouam. Age rursum innitte manum in finum

S. R.

Deu voce
Debet eloquen-

VIT V

A R G

Moset pac-

uatum uictua-

finum tuum. edue: uides tam albam lepra, quam est
 nix? Nunc refer in sinum. educ: uides sanam esse i-
 terum, ut est ceterum corpus? Quod si primo si-
 gno non adducentur, ut fidem habeant tibi: at alte-
 ro. Si ne duobus quidem prodigijs persuasum eis
 fuerit, sumes de aqua fluuij: quam ubi fuderis in ter-
 ram, fiet sanguis. M. Quæso te, Domine: neg: an
 tea eram disertus, neg: nunc sum post tuum collo-
 quiū: nam labore titubantia oris, & tarditate lin-
 guæ. I. Ecquis dedit os homini? aut quis facit mu-
 tum, aut surdum? quis uidentem, aut cecum? An nō
 ego is sum? I modō: ego moderabor tua lingue, ti-
 biq; suggeram quid sis dicturus. M. Obsecro, mit-
 te idoneum aliquē. I. Enim uero odiosus es. Est tibi
 frater Aharon Leuita, is bene disertus est, scio: quin
 procedet tibi obuiam, teq; uiso letabitur animo. Ei
 tu præibus uerbis, quod uoles: ego uero moderar-
 bor tuo ori, & eius: præmonstraboq; quid sit uobis
 faciendum. Ipse alloquetur populum pro te: eritis
 tibi pro ore, tu ei pro Deo. Feres etiam manu istam
 uirgam, qua edes portenta. Abi sane.

f Quibus mā
 dat aliquid
 Deus, ijs dā
 uires ad il-
 lud exequen-
 dum.

SEN TENTIA.

Deus uoce balborum deiicit hostes suos.
 Debet eloquentia seruire pietati.

VITVLVS. Exod. 32.

ARGUMENTVM.

Moses pacat Iouam iratum Israëlitis ob-
 aureum uitulum, ipse pœnas illis irrogat.
 Ioua,

VM
 mte d' ou-
 tci & loco-
 tale, quo no-
 modo con-
 te à me effe-
 tuerillens
 pprimunt
 em longeo-
 (aduent c-
 gem hys-
 tōrētōrum,
 ffecta, u-
 t, non per-
 fabo Ac-
 uos libens.
 populum in
 us mulieres
 us uisa aurea
 composita ue-
 compilabilius
 uni fidem di-
 lousam. L
 M. Virga
 e M. Per-
 e maria cani
 at credantib
 uite marian-
 foun

46 DIALOG. SACRORVM
Ioua, Moses, Iosua, Aha-
ron, Leuitæ.

Abi, descend. iam enim deprauati sunt popu-
lares tui, quos eduxisti ex Aegypto. Desce-
derunt citò de via, quam docuerà: duxeruntq; si-
bi ex auro uitulum, quem adorant, cui sacrificant:
dicuntq; Deum esse, à quo sunt educiti ex Aegypto.
Video sanè populum esse intractabilem, et refrac-
tarium. Quamobrè sine me ut irascar, cōficiamq;
eos, deducāq; ex te gentem magnan. m. **C**ur e-
xardeas ira in tuos quos eduxisti ex Aegypto, ma-
gna ui, manuq; ualidae an ut iacent Aegypti, edu-
ctos à te maliciose, ut deleres eos in montib. ad in-
malè audire. ternitionē, proſuq; tolleres è medios? Quid omite-
te istam tuam iracundiam: atq; ita ut decet, renitte
hanc noxam populo. Memineris Abrahāni, Isaa-
ci et Israelis, cultorum tuorum, quorum posterita-
tem iurasti te multiplicaturum ad numerum stella-
rum, daturumq; ei terrā illam, quā poſideat in e-
ternū. **I**o. **I**us oras: hem remitto. **m.** Facis ut te
dignum est. Ego uero descendo de monte, cum his
duabus tabulis. **I**o. **s.** Quem clamorē audio: pu-
gnatur in castris. **m.** Non est iste clamor urgentiū
ui, aut terga uertentium: sonum audio cantantium.

Pri pecc-
atis g̃missi-
nē offendit.
tur. Sed accedamus. Hei mihi, quod flagitium uideo: to-
tus totus iracundia ardeo: ualeant tabulae. Ah fra-
ter frater, quid tibi fecit hic populus, ut cum obli-
gares

LIBER I.

47

gares tanto scelere? A. Ne irascere, domine. Tu-
te nosti hunc populum, quam sit peruersus. Cum
flagitarent a me, ut facerem sibi Deos, qui prae-
rent eis (se enim nescire quid accidisset isti Moysi,
a quo essent educti ex Aegypto) iussi, ut quod quis
que haberet ornamenti aurei, detraheret sibi, et
afferret ad me: quod etiam fecerunt. id ego immisi in
ignem, unde effectus est hic uitulus. Itaque uides eos
nudatos ornamenti: id quod ideo feci, ut eos notare
ignominia apud hostes. M. Video. Nunc si quis a
Ioua stat, huc ad me. Bene habet, concuerunt omnes
Leuitae. Agite nunc uiri fortes, accommodate suum
quisque ensem lateri, ite per tota castra: d perimite su
nam ita iubet Ioua, Deus Israelitarum. L. Ita fiet.

Sontes pu
niendi sunt,
nulla habita
personarum
ratione.

SENTENTIA.

Populus, si absunt boni magistri, facilime
labitur in grauissimos errores. Deus piorum
precibus pacari se finit.

CONQUERENTES. Num. II.

ARGUMENTVM.

Populus uoluptrates Aegyptias deside-
rat, fastidiens cœlestem cibum. Et Ioua
conquerenti Moysi pollicetur, se illis sup-
peditaturum carnem, sed ad pœnam.

Populus, Moses, Ioua.

V Timam nunquam emigrassimus ex Aegy-
pto. Quid enim agimus in hac uasta solitu-
dine?

48 DIALOG. SACRORVM

dine? quis dabit hic nobis carnem, qua uescamur?
 a Hoc est, si-
 ueullo nego.
 Nam cum uenit in mentem piscium, quibus immu-
 cito. nrs uesceramur in Aegypto, tum autem cucume-
 b riorum, peponum, porrorū, cēparum, alliorū: b conse-
 contabesce-
 mus. nescimus, nihil ante oculos habentes præter nescio
 quod manna. M. Hei mihi, quas querimoniae au-
 dio? O Ioua, cur ita mihi aduersus, ita à me uolun-
 tate alienus es, ut mihi imposueris onus totius hu-
 ius populi? Nunquid ego populum hunc concepi?
 nunquid peperi? ut mihi iubetas eum ferre in sinu
 meo, quonodo fert nux alumnū, in terrā quam
 iurasti maiorib[us] eius? Unde mihi carnes ad tantum
 populum, qui eas à me cum fletu flagitat? Non pos-
 sum ego solus eum sustinere: est enim grauior
 quam pro me. Quod si isto modo agis mecum, inter-
 fice me potius, si quid apud te autoritatis habeo,
 quam ut feram hoc malum. 1. Congrega mihi
 septuaginta viros, de senioribus Israelitis, quos sis
 esse senatores et primarios populi: eosque adducito
 ad oraculare tabernaculum, ibi ad futuros tecum.
 e Deus spiri-
 ualia quoq;
 ona, nō mi-
 us, quām
 arnalis, suis
 tit. Ego descendam, et ibi colloquar tecum: c demaq;
 de spiritu quo tu prædictus es, quo eos afflabo, ut i-
 psi tecum ferant partem oneris populi, ne tu solus
 sustineas. Populo aut sic dicio: Lustamini in cra-
 juam flam-
 stinum, et uescimini carne. Eclesia enim uester per-
 nam de flā-
 uenit ad aures Iouae, dum flagitatis carnem, et desi-
 ua, imper-
 deratis Aegyptum. Dabit uobis Ioua carnē, quā co-
 medatis.

LIBER I.

49

medatis: & comedatis nō uno die, non duobus, nō
quinq^u, non decem, non uiginti: sed ad ^d menstruā
diem, dum uobis excat per nares, & faciat nau-
fem: quoniam cōtempo Ioua, qui uersatur inter
uos, plorantes apud eum, conquerimini uos exiſ-
ſe ex Aegypto. m. Sexcenta sunt millia peditū hu-
ius populi, qui adest meū: & tu dicis te daturum
eis carnes, quib^{us} uescātur per mensē? Nunquid eis
mactabuntur oves, & caprē, & boues, que satis
sint? Nunquid uniuersi pisces maris cōgerētūr, qui
eis suppetant ^e? i. Nunquid debilitata est Ioue
manus? Iam uidebitis, t' euentura ne promiserim,
nec ne.

^d Spacium
mensis.^e Contem-
tur Deus,
eius benc-
cia contem-
nuntur.^f Hos est,
euentura
sint que pr-
misit.

SENTENTIA.

Cupiditas rerum carnalium parit fastidi-
um spiritualium. Et Deus carnalia petenti-
bus interdum largitur: sed illa breuis uolu-
ptas parit longos dolores. Cum maximē
explēbuntur carnales uoluptatibus, aderit
poena.

CALEBV. Num. 13.

ARGUMENTVM.

Populus, deterrentibus exploratoribus,
desperat de expugnanda promissa terra.
Quare iratus Ioua, iurat non peruenturos,
exceptis duobus qui considerant, videlicet
Iosuā & Calebo.

d. Explor-

RVM
que uescem.
quibus immo-
biem cucom-
eritiorū: conſ-
prater nefis
erimonius eu-
ta à me uolu-
quis totū hu-
unc concep-
u ferre in ſma-
in terrā que-
s ad tantum
att Non po-
nū gravior
is meū, intr-
ritatis habeo
Congregati
telliſ, quoſ ſu-
cōſ, adhuc
futuros tecum
ecum: demū
os afflabo, ut
pali, ne tu ſol-
ſt' animarū
num aſter po-
carnem, et
ua carne, quia
meatu

50 DIALOG. SACRORVM
Exploratores, Calebus, Populus,
Iosua, Moles, Ioua.

VEnimus in eam terram Moses, & Aharon, & Israelitæ, ad cuius explorationem misi sumus à uobis: & quidem abundant lacte & melle. atq; ecce uobis fructus illius terræ. Videtis quanta sit hæc uua, quæ in palo portetur à duobus: uidetis

Insidentes ifficulitate & hæc malogranata, & fucus. ^a Sed incolas habet peris terræ fortes, et urbes maximas, easq; munitissimas. Enaci ir, non cōsi quoq; prognatos illic uidimus: Amalechitæ ad auerates quid Arum incolunt: Hettæ, et lebusæ, et Amorræi in isti, possit, montanis: Chananei autem accolunt mari & loru d quid ipsi dani. **C A L E B.** Ne dubitemus eò profici sci, & fidentes inuadere illos fines: nam sumus futuri uictores. ^b

ut mox lo-
ta) contri- Minime uero: est enim populus ille fortior quam nos: terra infausta, suorum habitatorum consumptrix, in qua non nisi immanni statura homines uidimus. Quid quod uidimus Enacinos, de genere Gigantum: cum quibus comparati, uidebamur nobis esse locuste. **P.** Utinam aut in Aegypto mortui essemus, aut in hac solitudine moriamur. Cur enim adduxit nos Ioua in hæc terræ ferro trucidandos? mulierib. nostris & parvulis prædae futuris? Nónne satius nobis est repetere Aegyptum? Cremus nobis imperatorem, quo duce reuertamur. **I O S.** Cauete Israelitæ, ne quid faciatis, cuius uos post hac pœnitentia. Terra, quam explorantes lustrauimus,

RVM
opus, & Abra-
tationem mis-
te & melle,
ideis quanta
nobis uideat
incolas habe-
simus. Enaci-
chitis ad au-
amorrahim
ari & lor-
scifici, &
stores. 2.
ior quam
n consum-
omines ui-
s, de genere
ebanur no-
ptio mortali-
ir. Ceterum
reuidandos
turis Non-
? Cremu-
ny. 103.
nos pod-
ies lufstrati-
nn,

LIBER I.

mus, terra est bona in primis. Si nobis fuerit lo-
ua, intromittet nos in eam, et namq[ue] nobis dabit, terrā
secatē lacte & melle. Cæterū b ne rebellate cō-
tra Iouam, & ne illius terrae incolas timete, quos
nos præsidij destitutos, adiuuante Ioua, conficie-
mus. Deponite metum. P. e Lapidetur, lapidetur.
IOV. Quousq[ue] tandem irritabit me iste populus?
Moses: quousq[ue], mihi fidem nō habebit, tot miracu-
lis per me editis apud eum. Quin eum peste illata
excindo, ducturus ex te gentem maiore, potentio-

b Non spe-
rare que A
misi. Deus
rebellarē
est.

c Qui sperā-
da docent
que promi-
fit Deus, i
cos baccha-
tur uulgus.

remq[ue] quam ista est. M. Ergo cum audient Aegy-
ptijs (quib[us] de medio ui tua eripueris hunc populu) cumq[ue] audient incole istius terræ, te, Ioua, qui in
hoc populo uersatus, ab eo conspectus sis præsens,
ipsius oculis: te, cuius nubes supra eum steterit: qui
preiuferis ei interdiu in columna nubis, noctu in
columna ignis: qui inquam audiuerint hunc popu-
lum à te funditus esse deletum, dicent te, quia ne-
quiueris intromittere eos in terram, quam eis iu-
raueris, trucidasse eos in desertis. Quare utere ex-
cellentí ista uirtute, Domine, de qua loquens ita
dicebas: IOVA AD IRAM TARDVS,
AD CLEMENTIAM PROPENSVS,
CVLPAM ET PBCCATA CONDO-
NANS: IN POENA AVTEM IR-
ROGANDA, PARENTVM CVL-
PAM IN NATOS, AD TERTIAM

52 DIALOG. SACRORVM

ET QVARTAM STIRPEM PER-
SEQVENS. Remitte quæ so culpâ huic popu-
lo, ut tua benignitas postulat, utq; ei ab Aegypto
hucusq; remisisti. IO. Remitto, ut postulas. Verū.

Gloriosum tamē ne uiuā, nisi d̄ iouæ gloria replebit totū orbē
quiddam, & terrarū. Nam c̄ eorū qui uiderunt meam gloriam,
oto orbe ee
ebrandū fa. & miracula quæ fecit um in Aegypto, tum in soli-
ciam, tudine, & me tamen tentauerunt iam uel decies,

Quos Dei neq; mihi obtemperauerunt: eorū inquā qui me ir-
iducimētad ritauerūt, nōmo uidebit terram, quam iurauī maio
perād qæ rib. corū. Sed f Calebū meum (quotiā alio animo
pse promi-
it, ea non aī præditus, quām ceteri, mihi obsequutus est) intro-
sequentur ducam in terrā, quam adiuit: eamq; possidebit eius
que promi-
fit.

Fidētes Dei mare rubrū. Etenim quem ad finē tandem audiam i-
promissa cōstius in me sceleratæ multitudinis Isrælitarū & ma-
sequentur. ledicta Renūcia hæc eis: Ne uiuā (inquit ioua) ni-
ce promissi, quemadmodū locuti es sis audiente me, sic faciā
præstiturū, deo malo, uobis. In istis desertis cadat cadauera uestra, & o-
dicere est: mnis uestrū numerus, quotquot recensui supra
h Qui Deo uigesimū annum, murmurasti in me. Nō intrabi
non credūt, tis inquam in terram, in qua promisi me colloca-
ij promissā turum uos. Excipio Calebū lephonis, & losuan
josequētur, Nunis filiū. Paruulos quoq; uestrōs, quos dixisti
quamuis à Deo iam prædæ futuros, introducam in terram, quam uos
promoti, renuistis, eaq; potentur. Atque interea, dum ue-
stra cadauera per deserta labuntur, & consumun-
tur;

liberis uestris
nirū, per quā
io efficiuntur
uplora uisits te
tēm diebus se
m. Ego lou
huius perverso
reuerunt, co
ludine.

Nihil est
nora sperare
bus tamen
Deus ignau
detrit: con
quisque po
le credit: si
Dei promis
BA

A
Aina Bal
berata, loqu
fūbit, Balan

Bala
V
tum de
ilhoc malefic
rū quin ergo

sur, i liberi uestrī ibidem peanas dabunt uestrī me—
retricij, per quadraginta annos, quibus uos suppli
cio afficiemini: pro numero dierum, per quos dies
explorauistis terram, totidem annis ductis pro to-
tidem diebus: sentitisq; quid sit, in me esse cōtuma
cem. Ego loua & dico, & sine dubio efficiam, ut
huius peruersæ multitudinis homines, qui contra
me coerunt, consumantur, & intercant in hac so-
litudine.

SENTENTIA.

Nihil est perniciosius illis qui docent mi-
nor a sperare quam ferunt promissa Dei: qui
bus tamen maxima pars hominum credit.
Deus signauos & dissidentes auersatur, atq;
deserit: confidentes uero iuuat. Tantum
quisque potest, quantum se diuina ope pos-
se eredit: si modò est eius fides fundata in
Dei promissis.

BALAAMVS. Num. 22.

ARGUMENTVM.

Afina Balaami ab ipso, quia restitaret, uer-
berata, loquitur: & Genius, qui ei in uia ob-
stabat, Balaamum alloquitur.

Balaamus, Afina, Genius.

VT te D̄cus male perdat afina, quae me inui-
tum de uia auehis in agrum. At ego te pro-
isthoc maleficio onerabo ictibus improba. Ary, a-
ry: quin ergo redis in uia? Nunc sumus inter duas

d 3 mace-

i Nati Iuu-
peccata pa-
tum, sed ac
eternis pe-
nis.

54 DIALOG. SACRORVM

macerias, non licebit tibi amplius declinare. Hec
michi, attruit mihi pedem ad maceriam. At dispe-
ream, nisi te male multo plagis. Ary, ary. quid hoc
mōstri est? succumbit. at iam faxo te attolles: alio-
qui hic te contundam usq; fuste. hem. A. Quid in te
cōmisi, ut me iam tertium cæderes? B. Rogitas, im-
proba, quæ me hic ludificaris indignè? atq; utinā
reueis est. mihi esset gladius præ manu: nam te hic iam conso-
derem, A. Non' ne ego sum asina tua, cui tu semper

Cum insolitum inequitatis^b Num quid tale solita sum fa-
m aliquid cere tibi? B. Nihil. A. Ealsame, cur cæcidisti as-
cidit, cogi-
adū est in-
nam tuam iam tertium? Ecce ego ipse ueni tibi ad-
litā aliquā uersatum, quia hoc iter suscepsum est cōtra meam
causam. sententiam. Asina uero ubi me uidit, declinavit me
cōsiderat, cognos-
eda est, an iam ter: quod nisi fecisset, profecto iam te interfe-
quā quic-
cissim, eam uero siuissem uiuere. B. Peccavi, fa-
ctor: sed non uideram te mihi obuium in via. Itaq;
si hoc iter tibi displaceat, reuertar. C. Imò eas licet
cum iſtis: ueruntamen uide ut ea demum dicas, quæ
tibi suggestero.

SENTENTIA.

Falsi uates minus interdum uident, quam
iumenta.

TRANSIORDANINI. Num. 32.

ARGUMENTVM.

Rubenenses & Gadini imperrant à Moſe
sedem trans Iordanem.

Rube-

Rubenenses & Gadini,
Moses.

Hec regio quam Israelitæ cœperunt, eæsis, Ioua duce, incolis, regio est apta pecori a- lendo. nos autem habemus pecus: quod nisi tibi mo- leſtū est, Moses, liceat nobis possidere hanc terrā, ut non traiſciamus lordanem. M. ^a Seilicet fratreſ ^a Aequū eſtrū ſtrateſ ſocios labo- ueſtri ibunt in bellū, uos hic manebiis ocioſi? Cur deterretis animos Israelitarum, ne perueniat in re gionem, quam ipſis Ioua dedit? Ita nimixum fecere patres ueſtri, quādo eos ego miſi à Cadea ^b ſpe- culatū regione. Cum enim perueniſſent ad fluum Escoleum, uidiffentq; terram, fregerunt deinde ani- mos Israelitarum, ne irent in terram ſibi à Deo da- tā. Quare iratus Deus, eodem die iurauit, nullum eorum qui egressi eſſent Aegyptum, qui modò ex- ceſiſet uigesimali annum, uifurum terram, quan- dū poteſterat Abraham, Iſaco, & Iacobo: eo quod non parauifſent ſibi: exceptis Calebo & Io- ſua, qui preuerant. Ergo iratus, eos ductauit ultro- citroq; errantes per deserta quadraginta annos, donec tandem deſiſt totum illud genus hominū qui offenderaſt Iouam. Ecce autem uos exitiſſis pro patribus ueſtris, qui augeatis numerum nocētum, ut ira Iouæ in Israelitas incremēto augeatur. ^b Nā ſi deseretis eos, duetabit eos adhuc per deserta, atque ita perdiſeritis hunc populum. R. Aedifica-

d 4 bimus

^b Similia-
cata ſeq-
tur poena
milis.

16 DIALOG. SACRORVM

bimus hic caulas pecudibus nostris, & urbes par-
uulis & imbellibus: nos uero in armis erimus para-
ti ante Israelitas, donec collocauerimus eos suo lo-
co. Nostri autem liberi, & cetera turba ad bellum
inepta, manebunt in urbibus muratis, ut sint tuta ab
incolis terra. Nec reuertemur domum, quin prius
Israelites uenerint sue quisq; in hereditatis posse-
sionem. Necq; enim cerneamus hereditatem cum eis

Videlice:
uobis

ans Iouæ anem, & quibus obuenerit eis Iordanè, o-
sus. M. Si quidem re praestabilitis, quod
uerbis, armatiq; ad bellum, quotquot
re arma, Ioua spectante, Iordanè trans-
on reddituri nisi deturbatis à Ioua hosti-
raq; subdita Iouæ imperio: si inquā ita age-
netis postea, purgati & Iouæ & Israeli-
tis, hac quidē lego possidetote terrā, Ioua uo-
te. Sin hæc non feceritis, sic habetote, uos pec-
care in Iouā, & uestrumq; peccatum in uos recasurū.

Quia De-
n peccat,
suo male
peccat.

S E N T E N T I A.
Quibus iam prospectum est, iij debent em-
teros, quibus nondum prospectum est, ad
iuuare.

RACHABA: Iosue.

A R G U M E N T U M.

Rachaba meretrix abditos apud se explo-
ratores Israelitarum clam dimittit per fe-
nestram, pacta cum eis de salute sua & suo-
rum.

Mini.

Ministeri
ba, E
R Achaba,
ducatus
uerunt enim
prinde uide si
in generent he
ber: ij cum ue
ne fio quò ser
tur, ssequunt
inhospites, que
nos seruum be
lentiait 5x.
on. Non ignor
neg omnes inc
orre, abiecisse
necessarii Ioua
in sociis ex
te Amorreo
dico, C
la Querets ubi
anguliqua est q
terea quod Ioua
uendo, quam in
milia per Iouam,
tempore, nos quoq;
ne patitur: C

LIBER I.

57

Ministri regis Hierichuntis, Racha
ba, Exploratores Hebrei.

Rachaba, nos sumus hic missi a rege, ut abducamus homines eos qui diuerterunt ad te. uenerunt enim gratia explorande totius regionis: proinde uide ut eos producas nobis. r. Ad me qui dom uenerunt homines quidam, qui ciuitates sint, me latet:^a ij cum uespere clauderetur porta, exierunt: nec scio quod se receperint. Si uoletis cōsequi uelociter, assequemini. Salua res est, abierunt. Nunc a deo hospites, quos ocului in tecto sub fascibus limi, ut eos seruem beneficio meo. Heus heus hospites: dormitis? e. x. Nondum. r. Attendite quae dicam. Non ignoro, iouam dedisse uobis hanc terrā: nosq; omnes incolae huius terrae percusso uestri terrore, abiecisse animos.^b Nimirum audiuimus, ut exiccauerit ioua mare rubrum, quo uobis pataret iter abeuib; ex Aegypto: utiq; trastaueritis duos faturis, reges Amorreorum, qui trans iordanem habitat: Sebonem dico, & Oggum, quos delevistis funditus. Que res ubi audita est, concidimus animis, nec iam quisquam est qui audeat uel mutire in uos: propterea quod ioua Deus uester, Deus est tam supra in celo, quam infra in terra. Quocirca turate nūc mihi per iouam, si ego uos demerita fuero meo beneficio, uos quoq; parem gratiam relatueros domui meae paternae: & mihi date certum signum, quo

^a Pia frater.^b Express
tis coni
dum est

65 consig

58 DIALOG. SACRORVM
consuletis saluti mei patris & matris, & fratribus
& sororum, & omnium que habent, afferetisq;
uitam nostram à morte. e x. Fidem damus: nec
recusamus mortem, (modò ne indicetis nos) cum
Ioua tradiderit nobis hanc regionem, ni uos bona
fide conseruauerimus. r. Ergo hac lege demittā
nos per funē per hac fenestram, quæ propicit rus.
Rectè est, euasistis. Nunc contendite in montes, ne
incidatis in eos qui uos persequuntur: & ibi, dum
redeunt, latetote triduum, pōst iuri. e x. Attende
diligenter, quæ dicemus. Cūm ingressi fuerimus
hos fines, tu appendes fuitulum istum rubrum de
hac fenestra, per quam nos demissi sunt uocabisq;
ad te totam uestram familiam. Quòd si quis è do-
mo tua foras exierit, suo id periculo fecerit, nos
aberimus à culpa. Quæ uero erunt apud te, easi
quis attigerit, nos præstabimus damnum. Quòd si
hanc rem palam feceris, erimus liberi à iure uaran-
do, quo tu nos obstrinxisti. r. Placet conditio.
Valete. e x. Et tu.

S E N T E N T I A.

Pios aduersus impiorū iniuriam abscon-
dere, piū est: & Deus huiusmodi officia re-
muneratur.

GABAONITAE. Ios. 9.

A R G U M E N T U M.

Iosua deceptus à Gabaonitis, foedus pa-
cificatur cum eis.

Gabao-

Gaba
A Dsumus h
realite, mi
habbita uide
in quo s̄ est, n
am. i. Nos qu
non potestaten
Adsumus ex
minime loue De
nigra quantia
suspirit duos
us, Iohannem H
ad Alfarota,
ubi Senatores
nicio, penirem
fratrum nostros
hiquod ecce par
tutum, cum fun
erunt, nucueri
superleuiimus
honestam etiam,
inguidine itiner
ari dolum illu
idequimur. i. E
cum, horng

Gabaonitarum legati, Iosua.

Adsumus ^a huc è finibus remotis, Iosua & Israelite, missi ad faciendum foedus uobiscum, si uobis ita uidetur. I. Fortassis habitatis in finibus his, quod si est, non est nobis fas inire foedus uobiscum. L. Nos quidem parati sumus dedere nos in tuam potestatem. I. Cuiates estis? & unde adestis? L. Adsumus ex terra admodum remota hinc, moti nomine loue Dei uestrri. Audiuiimus enim famans eius, & quanta facinora ediderit in Aegypto, utq; acceperit duos Amorreos reges Transiordanie — a tractauit.
 nos, Schonem Heseboniorū, & Oggum Bassane apud Astyota. Hac de causa mandauerunt nobis nostri Senatores, & uniuersi nostrates, ut sumpto uiatico, ueniremus obuiam uobis, oblaturi uobis seruitium nostrum, & pacturi foedus uobiscum. Atque ^b ecce panes, quos domi sumpsimus in com- b Solebant
 meatum, cum sumus profecti ad uos: qui iam mar- nimirum illo
 cuerunt, mucuerunt, ut uidetis. Hęc quoq; lagene, tempore uitae
 quas repleuimus nouas, uidetis ut sint laceræ. Ve- tores circu-
 stimenta etiam, & calcei nostri, iam detrita sunt ferre ciba-
 longitudine itineris. Quare nolite putare, nos me- rū. 12.
 ditari dolum ullum: bona fide agimus, & ut res est sic loquimur. I. Ergo componemus pacem uobis-
 cum, uosq; conseruabimus, & id iureiu-
 rando confirmabi-
 mus.

Etpij interdum falluntur. Nam quo minus sunt ipsi maliciosi, eo facilius credunt alijs, eos existimantes ex suo ingenio. Itaq; cauenda pijs est credulitas: & cum columbina simplicitate coniungenda est serpentina astucia.

I OSVA. Iof. 24.

ARGUMENTVM.

Iosua concio ad populum, in qua commorat Iouæ erga ipsos beneficia: & populus sese Iouæ seruiturum promisit.

Iosua, Populus.

Audite uniuersi Israëlitæ, quamobrem iussi-
rim uos hoc conuocari, & quid Ioua Deus
Israëlitarum iusserit me uobis effari. Maiores ue-
stri olim incoluerunt trans flumen, uidelicet Tha-
ra pater Abrahami & Nachoris, colueruntq; deos
peregrinos. Ioua aut illuc euocauit Abramum,
autorē generis uestri, cumq; perduxit per omnes
fines Chananæorum, & auxit progeniem eius: de-
ditq; ei Isaacum, Isaac autem Iacobum & Esaum.
Esaō assignauit Seir montem possidendū. Iacobus,
eiusq; liberi descenderūt in Aegyptum. Ibi cum ex-
creuissent in gentē magnam, numerosamq; & po-
tentem, diuexabantur ab Aegyptijs: sed Deus Ae-
gyptios mirè infestauit, tandemq; eductos ex Ae-
gypto

LIBER I.

61

gypto Israélitas deduxit ad mare rubrū. Quō Aegyptijs & quadrigarijs & equitibus persequenti-
bus eos, inuocauerunt louam, qui illos arcuit à uo-
bis densa quadā caligine: immisoq; mari, eos de-
mersit, spectantibus oculis uestris tam inaudita fa-
cina. Cum autē diu māsissetis in solitudine, intro-
duxit uos in fines Amorræorū trāsiordaniorum:
eosq; bellū uobis inferētes, subegit uobis: eisq; con-
cisis, dedit uobis possessionem eorum agri. Extitit
deinde Balacus Sephoris filius, Moabitarum rex,
qui uos bello laceſſerat: accersuitq; Balaamū filiū
Pheroris, qui uobis imprecaretur diras. Sed a no-
luit Deus audire Balaamū, cōueritq; imprecati-
onē eius in faustam precationē, & uos tutatus est
à manu illius. Ita traieco Iordane, peruenistiſtis ad
Hierichuntem: & bello resistentes Hierichuntios,
& reliquos populos superauistis auxilio Dei: qui,
quasi missis ante uos ueſpis, egit uobis in fugā duos
reges Amorræorū, nullo ueſtro uel ense, uel arcu:
uobisq; dedit & agrū non ueſtro labore cultū, &
urbes ab alijs quam à uobis adſicatas, quas incoli-
tis: uineisq; & oliuetis, que non ſeuistis, uiuitis.
b Quib. de cauſis ueremini louam, eumq; uerē &
ſincerē colite: & auferte deos, quos maiores ueſtri
coluerunt trans fluum, & in Aegypto. Quod si
non placet uobis ſeruire loua, diſpicate hodie utru
ſeruitiſtis dijs, quibus ſeruerunt conditores
ueſtri

a Hinc app
ret, Balaam
ueluisse im
precarī Iſi
elitis.

b Aequū
eum coli
quo tot l
neſcia ac
peris.

62 DIALOG. SACRORVM

uestri trans flumen: an dijs Amorreorum, quoru
fines habitatis. Nam ego quidem, & domus mea,
seruiemus Iouæ. p o. Absit, ut omisso Ioua, seruia-
mus alijs dijs. Nam Ioua Deus noster est. Hic edu-
xit nos, maioresq; nostros, ex Aegyptia seruitute.
idem fecit in oculis nostris mira illa miracula, &
nos custodiuimus in omni itinere quod confecimus, &
inter omnes nationes per quas iter fecimus: fuga-
uitq; nobis omnes gentes, & Amorreos incolas.
Nos quoq; colemus eū est enim Deus noster. 10.
Non poteritis colere Iouam, est enim Deus sacro-
sanctus, Deus riualis impatiēs: non feret uestra de-
licita & peccata. Quod si eo relicto coletis deos
peregrinos, auertetur: & uos non minus multis
malis conficiet, quam ante bonis afficit. p. At eum
colemus. 10. Ergo testamini, uos diligere uobis
tur, abiici Iouam ad colendum? p o. Testamur. 1. Itaq;
idi sunt pe tollite deos istos peregrinos, & expiate animos ue-
grini dij.
am duob. stros Iouæ, Deo Israelitarum. p o. Iouam Deum
minis ser- nostrum colemus, & ei dicto audientes erimus. 1.
re non pos-
sis. Igitur consignabo hæc literis, & erigā hoc ingens
ræsens ac saxū sub hac quercu, quod testis erit (utpote d quod
tasi testis audiuerit omnia Iouæ ad uos dicta) si jorū frigeri-
ae si audi tis fidem Deo uestro.

veris.

SENTENTIA.

Deo seruatori, bonorumq; datori, serui-
ti debet:

IAEL

LIBER I.

63

IAEL. Iudicium 4.

ARGUMENTVM.

Iael Sisaram Cananæorum dueem dol
occidit.

Iael, Sisara, Baracus.

Duerte ad me Sisara, quò fugis? diuerte ad
me tuò. s. Bene mones. Sed ubi abdes me?

1. Bono animo es: sub hoc centone: hic latebis tu-
tissime. s. Amabo, da mihi paululum aquæ, quod
bibā: nam ualde sitio. 1. Imò lae dabo ex hoc sino,
quod melius est aqua. Hem bibe. Nunc quiescio,
ubi texero te hac stragula ueste. s. Sed sta ad ianuā
casæ, ut si quis me queret, neges hic esse. 1. Fiet.
Nunc demum facinus edam maius fœminea manu.
Quid hoc: gestit animus, iubet q; audere ulcisci ho-
stem Dei & honorum. Perijsti Sisara: fœminea ui,
fœminea manu interimēris. 2. Quis mihi nunc,
quis demonstret, quò fugerit hostis? Quem ego si
assecutus fuero, dispereā nisi ei animam eripio ma-
lis modis. Sed quò se surripuit? quò fugi? 1A. O'
Deū immortalem, quantū ego facinus feci? quar-
tam laudē a inueniet Iael? Sed uideo ne Baracum?
Ipse est: sectatur hostem iam iacentem. Barace, huc ^{a sibi pa-}
sis ad me, ut tibi commōstrem hominem quē que-
rit. 2. Obsecro, est ne is apud te? 1. Videbis. 2.
Proh

64 DIALOG. SACRORVM

Proh superi, quid uideo? Si saram iacentem humi
exanimem? quis hoc fecit? I. Mulieris factū uides.
B. At non muliebre tamen. Sed quæso, tú ne hoc
fecisti? I. Ipsa res indicat. B. Video: sed narra, ob-
secro, quo pacto egeris. I. Vidi fugientem, iussi ut
ad me ueniret, eumq; operui centone. Deinde cum
iam quiesceret, cæpi clavum, quem malleo adegi in
tempus eius. ille prouolutus ad pedes meos, effla-
uit animam. B. Utinam sic pereant, quotquot ad-
uersantur Deo.

SEN TENTIA.

Turpi morte digni sunt, qui Deo aut eius
populo aduersantur. Debilium manu uincit
Deus fortes.

GEDEON TRITVRANS.

Iudicum 5.

ARGVMENTVM.

Genius Gedeonem mittit ad debellan-
dos Madianitas.

Genius, Gedeon.

Adsit tibi Ioua, uir fortissime. G. Queso te
domine, si adest nobis Ioua, cur tā dira pa-
timur? Vbi nā sunt tot eius mira facimora, quæ no-
bis narrauere maiores nostri, nos ab eo esse edu-
ctos ex Aegyptijs: cum nos nunc deseruit, et addi-
xit Madianitis? G. B. Vade cum tua ista uirtute,
et defende Israélitas à Madianitis. Ego sum tibi
AUTOR

LIBER I.

65

autor uadendi. G. Amabo te domine qua tandem re defendam Israelitas, qui sim tenuissimus omnium Manassenstum, & minimus totius paternae familie? G.E. Adiuuante me, concides Madiani— Adiuuantas ad unum. G. Queso te, nisi molestum est, ut signo aliquo mihi confirmes, te eum esse qui mecum loquare. Noli discedere hinc, donec redeam ad te, & expromam dapem, quam faciam apud te. G.E. b dapalem Deo uel infim maxima Præstolabor tibi. G. Paraui omnia. G.E. Pone carnum & hanc non fermentatos, super hoc sa- xo, & effunde ius. G. Hei mihi, ignis consumpsit omnia. Iouæ Genius est: me miserum, qui uiderim Genium Iouæ. G.E. Saluus es: pone metum, non ideo moriere.

SENTENTIA.

Dei ope quiuis quiduis potest.

GEDEON. Iudicum 7.

ARGUMENTVM.

Gedeon delectu habitu, dimissisq; domum imbellibus, castra Madianitarum noctu explorat: deinde cum trecentis militib. aggressus profligat.

Ioua, Gedeon, Præco, Phara, Madianita, alter Madianita,
Milites.

Gedeon, tu nimis multos habes milites. Quid si cum istis copijs uinceretis hostes, Israeli-

e t.e 14-

66 DIALOG. SACRORVM

a sua op̄e. tē iactarent se se uictoriā adeptos esse a suo marte:
 atq; ita non ego laudarer, sed ipsi: id quod detra-
 heret me & gloria. Proinde cura ut proclametur in
 exercitu, ut timidi repeatant domum, & discedant
 ex mōte Galaado. G. Pr̄eco indice timidis & cæ-
 teris discessum, secūdū legē, ut nosti. P.R. Audite,
 audite milites. Si quis adficiavit nouā domū, neq;
 dedicauit, is domum repedato: ne si in pr̄elio occu-
 buerit, alius eā dedit. Itē si quis uineam conseuit,

Eius fructu
 us est, id
 uod siebat in pr̄elio, alius cā profanet. Item si quis uxorē de-
 uinto post
 sponsauit, neq; duxit, domū repedato: ne si in pr̄e-
 lio occubuerit, alius eā ducat. Item si quis timidus
 est, & molli animo, domum repedato: ne animi sui

mollitie effreninet animos aliorū. G. Rectē est, re-
 stant decem millia: discesserunt uiginti millia. I.

Sed ne sic quidem satis pauci sunt. Nam quo pau-
 ciores erunt, eo mihi gloriōsior erit uictoria. De-
 duc ista decē millia ad aquas: ego eos illie tibi pro-
 babo, & ostēdam quōs nam uelim ire tecum; quos

Lūbūt stre item nolim. G. Agite milites, descendite ad aquas.

ni, & ad pu-
 nam ita ala

i. Da operam, ut quicunq; clamberent aquā lingua

es, ut ne ad more canum, hos fecernas ab eis qui ad bibendum

procubuerint in genua. C. Ita factum est. Super-

quidem ocn. sunt trecenti, qui ducti ad os manu clamberunt a-

t tales ad quā reliqui omnes pronī in genua biberūt. I. Per-

ibet Deus. Etos trecentos dabo tibi uictorianam, Gedeon: &

Madanitas

Madianitas tibi dedam. Quocirca iube reliquis omnibus, ut domum repeatant. G. Itē domū, Israelite, exceptis his trecentis: & nobis relinquite commatum & tubas. 1. Gedeon descendē, dum nox est, ad castra Madianitarū, ut intelligas me ea tibi tradere. Quod si solus descendere uerēris, descēde unā cum Phara famulo tuo, ut audias quae dicentur, ut ita cōfirmeris ad inuadenda castra. G. Phara, descendamus clanculum in uallem, ut exploremus quid animi habeant hostes. P.H. Placet. G. Cau ne strepitum edas, hic est quia. P.H. Tace, tace here. G. Quid est? P.H. Iam non procul absimus à castris. G. Sic habet, audio stertentes, hic sunt extremi armatorum. Sed tace, nescio quis loquitur. M A D. Scintu quid ego somniauerim? A L. Sciam, si dixeris. M. Panis hordeaceus uidebatur mihi uoluere se cum strepitu per castra Madianitarū, qui tandem delatus est ad tabernaculum: quod ualida ui impulsum, & labefactatū, à culmine deiecit. A L. Vis tibi certò interpreter? Ensis est proculdubio Gedeonis, filij Ioseph Israelitæ, cui in manū dedit Deus Madianitas unā cū uniuersis castris. G. Audisti? P. Atq; equidē libenter. G. Satis habeo d, nostra est uictoria: redeamus ad nostros. Habemus tibi gratiam Deus immortalis, qui nobis bene fortunas hoc consilium. P. Non est dubium quin pericrint Madianite. O felicem noctem, &

d Hostis son
no magis
credit, quām
Dei aperta
promissio.
ea est huma-
na imbecill
tas.

68 DIALOG. SACRORVM

quouis etiam die clariorem. c. Adeste uiri, exper-
giscimini, uicimus: Deus dat nobis castra hostium.
Sed audite diligenter quae dicam. Distribuam uos
in tres classes: feretis singuli singulas tubas manu,
testasq; uacuas, & in testis tedas: sed uidete ut imi-
temini me. Cum uenero ad extrema castra facitote
ut uideritis me facientem: cumq; audietis me am tu-
bam, & eorum qui erunt mecum, uos quoque re-
pentè colliditote testas: sumptisq; manu laeva tedis,
dextra tubis, clangitote: & magnum strepitum cir-
cum castra editote: simulq; proclamatote, louæ &
Gedeonis. Auditis ne? m. Audimus, & memineri-
mus. g. Vadamus. Iam fere media nox est, uentum
est ad ultimam partem castrorum: uos ambi te ca-
stra, sed excitantur custodes, clangamus properè.
m. Gladius louæ & Gedeonis. Io Pæan. g. O

Dei hostes
testinis di-
cordijs pe-
reunt.

Deum inmortalem, quid video? d. Deus conuertit
ipsorum enes in ipsos: confodiunt se mutuis uul-
neribus. m. Ut cadunt crebris iam bona pars in-
teriij, ceteri mandant se fugæ. g. Fugiunt: in state
uiri, urgete, consequimini, sectamini, ut è tanto nu-
mero nullus euadat.

SEN TENTIA.

Christianum bellum (quod in Gedeoni-
co adumbratur) à uoluntarijs, non coactis,
gerendum est: & præstat esse paucos alacres,
quam multos ignauos. Stulti dñces, milites
numerant: sapientes, ponderant.

IEPH-

VM
e vari, expt-
fra hecian.
ffribuanus
tubam, man,
videte uim
ffra, facio
ctis me am-
s quoque re-
u lana tedi,
frepium ci-
tey, loua &
memineri-
ob, uenit
ambite ca-
is propere.
in. g. O
eus conueni-
mutuie ad-
na pars in-
guntur; ista
i, et tanto
Gedeon-
on coau-
os alatres,
ces, militi-

LIBER I.

69

IEPHTHA. Iudicum 11.

ARGUMENTVM.

Iephthæ persuadent senatores Israelitarū,
ut se militiæ ducem præbeat aduersus Ma-
dianitas.

Senatores Israelitarum, Iephtha.

Misi sumus ad te, Iephtha, ab Israelitis, ut à te postulemus, ut præbeas te nobis ducem ad gerendum bellum contra Ammonitas. Scimus enim, te esse eo corporis & animi robore præditū, eaq; peritia belli, ut nemo hodie posse id præstare melius. 1. Enim uero uos exegisti me domo pater na, præ odio: cur nunc uenitis ad me, rebus aduersis? Cur non potius retinuistis me, cum nō egeretis: ut esset uobis copia mei, cū egeretis? s. a Iniuriae a bluiisse d so, Iephtha, meminisse iniurie. Si nos nō recte fecimus, qui te expulerimus: tu recte facies, si maleficium pensabis beneficio, & innocentiam tuam magis commendabis. Quod si nobiscum profectus fuoris, & debellaueris Ammonitas, constituemus te principem omnium Galaaditarum. Atque ita fiet, ut tibi lögè plus sit boni, quam quanta fuit iniuria. 1. Ergo si reuocatis me ad debellandos Ammonitas, & loua subegerit eos mihi, obtinebo principatum in uos? s. Contestamur louam, nos esse facturos isto modo. 1. Persuadistis. Eamus.

C 3 SEN-

SENTENTIA.

Præstantes viri, licet eis in præsentia non
egeas, retineri debent in casus futuros.

R V T H A. Ruth. 1.

ARGUMENTVM.

Noemim ex Moabitica discedentem in
Israeliticam terram, quamvis dissidentem,
comitatur præ eius amore Rutha eius, quon-
dam nurus.

Noemis, Rutha, & Orpha
eius nurus.

Postquam Deus cepit misericordiam sui po-
puli (ut accepimus) eumq; leu: uit fame, que-
coegerat me et meum uirum et liberos, cōfugere
huc ad Moabitas, iam nihil est quod uelim: diutius
agere in regione aliena. Sed uobis, meæ nurus cha-
risimæ, censeo redeundum suam cuique in domum
patriam, postquam estis priuatæ uiris. Iam satis me
comitate estis. Itc sane secundo Deo, quem precor
ut uobis repēdat pietatē, qua usæ estis. in mortuos
nisi benefa-
tiendo pro-
tector mortu-
os, filios me-
os, maritos
uestros. **R.** Videlicet
et in me. Det in quam uobis Iou:a, ut nanciscamini
quietem suū utraq; apud maritum. Amplexinimi
me, charissimæ coniuges meorum olim filiorum.
R. Heu nos miseris, siccine disiungimur à te? Ah
non fiet, suauissima socrus: quin ibimus tecum ad
tuos pœpulares. **H.** Nihil opus est, meæ filiolæ: an
putatis

LIBER I.

7^o

putatis me adhuc utero edituram filios, qui futuri
 sint uobis uiri? Reuertimini potius me & filiolæ, abi-
 te. Nam ego quidem grandior sum, quam ut sim
 apta uiro. Sed singite non adesse spem, meq[ue] tradi
 uiro, uel in proximam noctem, filiosq[ue] gignere: an
 estis expectaturæ, donec adoleuerint? poteritis ne
 tardiu durare sine uiris? Non ita, filiolæ: parentum
 est necessitat. Equalem ualde angor uestro disces-
 su, sed nolo repugnare urgenti Deo. o. Vera præ-
 dicat: melius est reuerti. n. Sapis, amplectere me.
 Vale, mea quondam nurus. o. Vale & tu, mea
 quondam socrus. n. Vides Ruiha, ut tua fratria
 repeat patriam, & deos penates? Quid apud me
 heres? reuertere una cum ea. r. Ne me urge de te
 relinquenda. Nam quod tu cunque ibis, ego ibo: ubi
 tu commoraberis, ego commorabor. Cōmuniſ mi-
 hi tecum erit populus, cōmuniſ Deus. Tecum una
 moriar, tecu una humabor: ita omnino statui. Atq[ue]
 ita mihi habeam iouam propitiū, ut b[ea]tuna mors est
 me à te separatura. n. Postquam ita animum ob-
 firmasti, nolo improbius obſistere tuo studio. Ea-
 mus ſanè, Deo bene fortunante.

SEN TENTIA.

Beati qui Deum, Deiq[ue] populum antepo-
 nunt & parentibus & patriæ. Eos Deus largè
 remunerabitur.

BOOZVS. Ruth. 2.

e 4 ARGV-

b nihil a
mors.

Boozus comiter alloquitur Rutham spicas legentem, eiusq; pietatem collaudat.

Boozus, Messores, Curator
messis, Ratha.

ADsit uobis Deus, messores. m. Et tibi bene omnia secundet. b. Quæ est ista puerla, Curator, quam hic video spicas legere? c. Moabitis est, quæ hoc sequuta est Nostram, remigrantem ex agro Moabitæ. Ea rogauit, ut liceret sibi legere spicas post messores: id quod adhuc fecit à

Animadmane, tam paulum manet domi. b. a. Audi filia, ne rtèda imi iueris in agrum alium ad colligendas spicas, né ue idaq: Boo hinc abieris: sed hæreto apud meas ancillas, & ui- humani- : & mox deto ut sequaris eas in quemcunque agrum ibunt ithe sum- missio. messum. Ego uetabo, ne famuli sint tibi molesti.

Quòd si sties, petes potum ex ijsdem uasis, quibus ipsi hauriunt. r. Quid nam est in me, quamobrem digneris ita respicere me, cum sim peregrinus?

b. Perlatum est ad me, qualem tu te præstiteris erga tuam socrum, post obitum uiri tui: utq; relicto utroque parente, terraq; patria, contuleris te ad populum tibi antea ignotum. Quod factum Iosua Deus Israelitarum rependet tibi cumulatissimo præmio, sub cuius quasi alarum præsiduū tu te re- ceperis. r. Agnosco tuam gratuitam benignita-

tens

LIBER I.

73

tem & misericordiam, qui tam comiter confirmes
animum meum consolando: cum tamen indigna-
sim, quæ uel in ancillarum tuarum numerum ue-
niām.

SEN TENTIA.

Pij fauent pijs, eisq; benefaciunt.

DIS CAL CEAT V S.

Ruth. 4.

ARGVMEN TVM.

Boozus, recusante altero propinquuo, e-
mit bona Noemis, eamq; dicit uxorem.

Boozus, Propinquus Ruthæ,
Senatores.

H EUS tu qui hāc transis, ades dum, paucis te
huolo. p. Quid'nam id est? s. Consiste hic
paulisper, dum cuoco aliquot de senatoribus ciui-
tatis, a qui transeūt per hanc portā, ut adsint nobis a In portis
in hoc negotio. nā seria res est, egetq; testibus. Hecus urbium erā
uos senatores, queso uos, ut accommodetis buc no-
bis aliquantis per uestrā operam: non faciemus lon-
gius. s. Adsumus, dic quid uelis. b. Partem fundi,
qui fuit cognati nostri Elimelechi, uenundat No-
emis, reuersa ex agro Moabitaram. Hanc rem ui-
sum est mihi ut tibi significarem, ut si empturus es,
emas in præsentia senatus nostri: sin minus, indices
mibi. Nemo est enim cognatus propinquior te, se-
cundum quem ego sum. p. r. Ego uero emam. b.
c s Sed

74 DIALOG. SACRORVM

Sed cum fundum emes à Noemi, & à Ruth a Moabitide, uxore demortui, emes ea conditione, ut ipsam Ruthā ducas in matrimoniu, ut suscites non men illius in eius hereditate. P R. Non licet mibi hac lege emere, ne corrumpam patrimoniu meū. Emē tu si uis, meo loco: mihi quidem emere non licet. Atq; in huius rei testimonium, accipe calcum meum de manu mea. Ego quem admodum exui me hoc calceo, ita testor me cedere tibi meū ius in hac re. B. Vos senes, & populares, hodie mihi testes eritis, ut ego emam omnia bona Elimelechi, & Cilionis, & Machlonis, à Noemi: utq; mihi uindicem in matrimonium Rutham Moabitidem, coniugem Machlonis, ut consulam nomini demortui in eius hereditate, & ne eius nomen tollatur ex eius consanguinitate & patria. Vos hodie testes nuncupo. S E. Testabimur. Faxit Ioua, ut mulier ista que est intratura tuam domum, tam sit foecunda, quam fuerunt Rachel & Lia, que due prole instruxerunt domum Israeliticam: utq; egregium quid facias in Ephrata, & tibi nominis famā compāres. Be thlehemae, fiatq; domus tua similis domui pharis, clarat. quem Iudas sustulit ex Thamare, progenie tibi à Ioua data ex puella.

SENTENTIA.

Qui uult defuncti possessionem, habeat & uiduam. Qui uult quod placet, habeat & quod displicet.

SAM-

ORVM
et à Ruth. H.
conditione, si-
ut b. fæcetes
atrinomus mi-
m encere non-
acipe calen-
modum exim
i meū ius in his
te mīhi tefero
selechi, & C.
nibi undicen
em, coniugen
orū in eius
ex eius cōfan
tes nuncupo
ter ista que ei
ida, quam fu-
e instruxeris
on quid facia
compare. De
domini phos-
rogenie libri

S. A. 19

LIBER I.

78

SAMSON. Iudicum 15.

ARGVMENTVM.

Samson uinctus ad Palæstinos deductus,
abruptis uinculis occidit maxilla asini mil-
le uiros.

Iudæi, Samson, Palæstini.

AN nescis Palæstinos habere imperium in
noss. s. Scio. i. a Cur ergo incendiisti sege- a Domine
tes eorum, magno nostro malo? s. Par pari retu- irritare d
li. i. Atqui huic uenimus, ut te uinctum dedamus trimento.
eis. s. Si quidem iureuando cōfirmatis, uos no
illaturos mihi manus violentas, uinciatis licet. i.
Fidem damus. s. Agite, colligate, ducite, abduci-
te quantum potestis. p. Euge, adducitur ille hostis
noster capitalis, qui inimicit sceleratas faces in sege
tes nostras. nunc nunc ulciscemur. Nunquam ho
dic effugies Samson, hic tibi finis adeat uita. s.
Agite uero, si quid animi habetis, aggredimini uis
tu: experiar tamen, si quid habeo solitarū uirū.
Euge. p. Perijmus, abruptis uincula, sed inuidamus
undiq; non euadet, præstemus nos uiros. s. Sed
unde mihi telum? Ecce autem commodum se se
fert h. ec maxilla asini. h. ec præhebit uicem clavae.
Pugnate uiri pro uirili: sentieris qui uir sim. Hem
tibi, qui primus me lacefis, primus perito. Et uos
qui hic tam dense congregati estis, sentite quæ sint
uires

76 DIALOG. SACRORVM
uires Samsonis, qui uincit inermis armatos. Heus,
cogitatis pugnare pedibus? quò fugitis? Hic adeſt
hostis, ne prodite uictoriam. Tu quidem hic iace-
bis, tu quoq; adiungēris ei comes: dormite. Eu-
ge Samson, quantam cædem fecisti? Maxilla asini
quantam stragem edidi? maxilla asini poſtraui
mille uiros.

S E N T E N T I A.

Qui Dei spiritu præditus est, inuitus est,
frustraç; conſtrigitur. Deus ſapere uiliſſi-
mis telis ulciscitur hostes ſuos.

DIALOGORVM SACRORVM
Liber secundus.

ELIS. 1. Reg. 3.

A R G U M E N T U M.

Ioua Samueli prædicti, ſeſe animaduerſu-
rum in domum Elis ſacerdotis, qui in filios
ſuos non animaduerterit.

Ioua, Samuel, Elis.

SAMEVL. s. Quid me uis? Ac-
curram. Adsum, uocatus à te. e.
Non uocaui. Redi cubitum. s.
Fiet. i. Samuel. s. Adsum Eli:
nam uocasti me. e. Non te uo-
caui, fili. Redi cubitum. s. Faciam. i. Samuel. s.
Adsum. nam uocasti me. e. At at, nunc demum in-
telligo quid fit. Discede cubitum. Quod ſi te uoca-
uerit,

L I B E R II.

uerit, respondeto: Loquere Ioua, audio. s. Faciam.

I. Samuel, Samuel. s. Loquere Domine, audio. i.

* Ego sum quiddā facturus in Israēlitis, quod quis quis audiuerit, prorsus obstupescet. Sum enim ali quando importaturus in domum Elis omnia que decreui, & rem ad exitum perducturus: eiq; ostensurus, me perseguuturum culpam eius in eius domum in perpetuum: qui cum sciret filios suos male audire, non animaduerterit in eos. Quā ob causam iuro, hāc noxam nullo unquam uel sacrificio, uel libamine, Elis posteritati remissum iri.

S E N T E N T I A.

Qui diuinæ uoci non est assuetus, eam interdum esse putat hominis. Peccantes natos nō punire, graue peccatum est. Parentū, quamuis bonorum, indulgentia perdit natos. Natos qui uerè & sapienter amat, castigat. Sed ne quid iniustè immodice uehat.

S A V L V S. 1. Reg. 9.

A R G U M E N T U M.

Saulus quærens asinas patris, it consultū Samuelem uatem, & ab eo discit se futurum regem.

Saulus, Puer, Puellæ,
Samuel.

E Nimuerò satis iam diu conquisiuimus asinas, neq; inuenimus: reuertanur domum, puer, ne pater meus, omib; asellis, sit sollicitus de nobis. P. Non

78 DIALOG. SACRORVM

Non cēso redeundum esse re infecta. Aut̄ esse diuinum quendā, & graueuirum in proximo oppido; qui quicquid dicat futurum, eueniat. Conueniamus eum, si fortè indicet nobis id, cuius causa uenimus. s. Sed quid offeremus homini? nam etiā pāne exhaustae sunt peræ nostræ, nec habemus quod dono demus ei: & ire uacuos religio est. p. Tace: est mihi in præsentia quadrās scili argētei, quē dabo ei, ut indicet nobis quam uiam insistamus. Olim inter Israelitas qui ibant consultum Deum, dicebant se tre ad Videntem: nam qui hodie dicitur

vidētes uō Vates, olim uocabatur a Videns. s. Recte mones. ea bantur Va-
s, quia ui-
bant quæ deo puellas quæ exeuunt aquatū, adeamus eas. Heus
teri uō ui-
debant.

quidem incidetis in eum, si pergetis: properate mo-
dō. nam hodie uenit in oppidum, quia populus fa-
cturus est rem diuinam in facello. Simulac introie-
ritis in oppidum, offendetis eum, antequām ascen-
dat in facellum epulaturus. populus enim non ini-
bit epulas ante aduentum eius, quoniam eius est
consecrare sacrificiū: postea epulabuntur inuitati.
Itaq; ascendite: non est dubium quin inuenturi sitis
eum. s. Habemus gratiā, ascēdamus in oppidum.
s. a. Video adolescentem hic uenientem unā cum
puero. Nimirum hic est, quem heri prædicti mihi
Deus uenturū ex regione Beniamitarū, ut eum un-

Eliōne

Hione creem In
uet ab iniuria
u nobis domi
mūtante ante m
u quicquid cog
dinet ad afina
do anxius de e
dūt ad te ueni
men totius no
bām effe in te, j
nūc ne qui ge
arifoma famili
ona Israelitari
opitum: Deus

5
Deus oper
ibus ad exit

SA

Samuel ian
Dei in Israeli
rumque pec
tibi depop
tis ton

RVM
4. Atque eis dñi
ximo oppido
Conuentam
u capta uen-
nitiam etiā p
habemus quid
efl. v. T
i argeli, qui
nspitamus. O
m Deum, d
bodie dicim
de mones, ea
uo. Sed m
us ea. Heue
P. Est: &
operare mo
populus fa
culac introi
quam ascen
nim non ini
oniam eius i
tetur inuidat
mentari fin
s in oppidu
item una cum
predixim ill
ru, ut cum do
gant.

LIBER II.

79

etione creem Imperatorem Hebræorū, ut eos uin-
dicet ab iniuria Palæstinorum. s. Amabo te, indi-
ca nobis domum uatis. s a m. Ego sum ille: con-
scendite ante me hunc collem: hodie epulabimini
meum: deinde dimittam uos manē, & indicabo uo
bis quicquid cogitatis cum animis uestris. Quid
attinet ad asinas perditas tertio abhinc die, tu ne
esto anxius de eis, repertæ sunt. Sed quorsum de a-
sellis? Ad te ueniamus. Debes existimare te esse co-
lumen totius nostræ nationis, omniumq; salutē po-
sitam esse in te, tuaq; domo paterna. s. Quid ait?
in me'ne, qui genus refero ad Ieminę, ortus ex ob-
scuriſſima familia Beniamitarū, qua tribus est mi-
nima Israelitarum? s a m. Concedamus modò in
hospitium: Deus prouidebit cetera.

S E N T E N T I A.

Deus opera sua inopinabilibus occasio-
nibus ad exitum perducit.

S A M V E L. 1. Reg. 12.

A R G U M E N T U M.

Samuel iam senex innocentiam suam, &
Dei in Israelitas beneficia cōmemorat: eo-
rumque peccatum reprehendit, qui regem
sibi depoposcerint: & impetrato diuini-
tus tonitru, eos ad obedientiam
cohortatur,

Samuel

Samuel, Israelitæ.

*Ego uobis in omnibus obsequutus, regem
creavi, deinceps iam uobis præfuturum. Nam
me quidem iam senē esse, indicio est canities. Mei
liberi inter uos degūt, & ego uobis iam ab ineun-
tia Innocentia te astate præfui. Hic adsum, respōdete mihi corā
uā ideo cō: Ioua, & coram eius unctione: si cuius bouem, aut as-
memorare
nū suſtuli: si cui iniurius, aut uiolētus fui: si à quo
obstendat eos quam præmīū accepi, ut in eius culpa cōnuerem,
causam iustā paratus sum uobis reddere.*

i. Neque iniurius in-
cur aliū gu- nos, aut importunus fuisti, neque quicquam ab ullo
ernatorem accepiſti. s. Testis est hodie apud uos & Ioua, &
Ioua unctionis, nihil habere uos, quod me accusetis.

i. Planè. s. Adeſte igitur: placet uobis cum diſpu-
tare, quanta Ioua, & Mōsis & Aharonis creator,
& maiorum uestrorū ex Aegypto reditus autor,
tum in uos, tum in maiores uestros beneficia con-
tulerit. Cum migrasset Iacobus in Aegyptū, mu-
catus à maioribus uestris Ioua, Mōsem misit, & A-
baronē, qui illos ex Aegypto eductos, in hoc loco
collocariūt. Postea ipsius oblitos, emancipauit Sisa-
ie: Astartā rāduci exercitus Hazorū, tū Palestinis & Moa-
erē Juno bitarū regi, à quibus bello uexati sunt. Deinde in-
nam eam
c. à Syris (si
emini.) ap quōd eo relicto Baales & Astartā coluissent: &
ellata scri- auxiliū contra hostes orantibus, seq; ei feruituros
Lucian. pollicentibus, misit Ierobaalem, & Bēdanem, &

*Iephitham,
Mōise uictor suum dūm
p. Simeonum*

Iephtham, & Samuelē: per quos ita uos ab hostib.

uestris undiq; vindicauit, ut in tuto essetis. b Vos b Ethie osti
uerò, cum uideretis uos à Nahasso Ammonitarum dit, eis null
rege inuadi, postulatis à me, ut mutato rerum sta
tu, à rege uobis regi liceret: cum Iouā Deū uestrū suisse iustan
regem haberetis. Igitur ecce uobis regem, quē dele
gisti, & efflagasti: regem uobis præficit Iouā.
c Si Iouam Deū uestrum reuerebimini, eiq; seruie
tis, & dicto audientes sine cōtumacia una cum re
ge uestro parebitis, bene uobiscum agetur. Sin mi
nus, & uos & regem uestrum Iouae manus impe
tet. Iam uero agite, uidete quantam rem Ioua iam Dei præce
nunc in oculis uestris faciat. Tritici mesis nūc est,
quo tempore tonare aut pluere in his finibus non
solet. Atqui ego iam Iouam exorabo, ut tonet atq; adest Deus
pluat: ut intelligatis, uos in Iouam grauem culpari
comisissē, qui regem uobis poposceritis. Ioua cœ
li terrarumq; Deus, emite nunc tonitrua, & nim
bu, ut hic populus suum peccatum agnoscat. 1. Ut
tonat: ut pluit: heu nos miseris. Supplica pro no
bis Iouae Dco tuo, ne pereamus: qui ad tot superio
ra nostra scelerā hoc insuper adiecimus, ut regem
nobis peteremus. s. Bono animo este. Vos quidem
ista re grauiiter peccasti. Veruntamen nolite à Io
ua desicere, sed eum toto pectore colite: ne'ue de
sciscite ad uana ista, quæ neq; iuuare possunt, ne
que defendere: sunt enim uanissima. Neq; enim de

82 DIALOG. SACRORVM

stituet loua populum suū, propter sui nominis celebritatem, postquam semel cœpit uos sibi populū Charitas lum habere. ^d Ego quoq; absit ut louam offendā, si amantes aut pro uobis supplicare, uosq; decente & recte on temere uia deducere intermittam. Tantum louam metuit. Orare De te, eumq; uerē & tota mente colite: uidete enim, n, & doce- populu, quantam rem apud uos fecerit. Quod si peccatis iudicium est indulgebitis, & uos & rex uester peribitis.

uatis.

SENTENTIA.

Iusti homines (qualis fuit Samuel) nemini faciunt iniuriam. Magna est hominum erga Deum ingratitudo, qui toties, tam fideli- ter à Deo defensi, tot beneficijs cumulati, tam hominem regem sibi depōscant: digni sanè qui inclemēti regi seruant, quando clementem repudiant. Immensa est Dei clementia, qui sic ingratos tamen non dese- rat. Multum ualent apud Deum preces iusto- rum, qui etiam alieno tempore uel pluuiam possint impetrare.

SORTILEGIUM. 1. Reg. 14.

ARGUMENTVM.

Saulus Ionathanem filium suum uult occidi, propter gustatum mel contra uotū populi. Sed populus eum prohibet occidi.

Saulus, Populu, Ionathan.

Deus ira-
s hominū
ceatis, eis
erdum re-
onisa dene-
t, quo mi-
mirandū
, si est ho-
rāmes,
est, penu-
oraculo-
n, intanta
stitudine
eccatorū.

Huc adeste omnes populi primates, disicide
& conquirite, a cuius hodie culpa fiat, ut
Deus

Denuo rogati
go opt. max
nehi filius n
tarū. Vos to
nabam cōfisi
lou Deus ifr
is. Atat, nos
lentiamur. s
tumbi quid
decipit hu
quod tu, infi
capitale effe
rituram, lon
putam prec
Reququam,
quidem amitt
rem habuerit

la ha
terdam my
pas, cuiu
ta coiuind
confusus
Sed in alte
mz, sui qu
dabit.

0

RVM
ut nomina-
os fisi popu-
lam offendit,
eente & refu-
louam metu-
; utilem enim,
gol spes et
eribus.

uel) nemis-
nium et
am fidel-
mulari, ta-
nt: digni-
quando
est Dei
on defen-
ees iusto
el pluviam

eg.14.
am uoleoc-
ra non sup-
occidi-
han.
nates, dispo-
culpa sit, a
Dul

LIBER II.

82.

Deus rogati mihi oraculū nō reddat. Nam Iouā e-
go opt. max. Israeliteū cōscruatorē iuro, si etiā lo-
nathā filius meus is fuerit, eū esse capite pœnas da-
turū. Vos totus populus consistite istinc, ego & Io-
nathan cōsistemus altrīsecus. p. Ut libet facito. i.
Ioui Deus Israeliteū age seuerē. Ducantur for-
tes. Atat, nos petit sors: alter nostrū sit oportet.
Sortiamur. s. Oho Ionathan, sors indicat te. Indi-
ca mihi quid nam feceris. i. Gustavi paululū mellis
de capite huius baculi, quem in manu habebam:
quod tu, insciente me fieri uetueras. Hoccine mihi
capitale esse equum est? s. Deum ego iuro, te mo-
riturum, Ionathan. p. o. Ergo morietur Ionathan,
qui tam preclarā uictoriā peccerit Israelitū.
Nequaquam, per Iouā immortalem: ne pilum
quidem amittet, qui hodie Deum sui facti adiuto-
rem habuerit.

S E M I N T I A.

In hac uita unius peccatum luant in-
terdum multi: quia sunt unum quasi cor-
pus, cuius membrorum omnium est tan-
ta coniunctio arque cognatio, ut sit eorum
consensus tum dolorum, tum uoluptatum.
Sed in alterā uita, in qua punientur ani-
mæ, sui quisque, non alieni, peccati pœnas
dabit.

O B E D I E N T I A.

i. Reg. 15.

f 2 ARGV

ARGUMENTVM.

Samuel Saulum reprehendit, qui Amalechitas clementius quam Ioua præceperat, ultus fuerit.

Saulus, Samuel.

Ex parte
pedire, nō
pedire est.
cerat ille
nidem par-
m, sed non
omnia.

Iouam tibi propitium precor.^a Feci iussum Io-
uæ. S A M. Quem ergo balatum & mugitum
audio? S A V L. Oves sunt, & capræ, & boues,
quæ ex Amalechitis abegimus. Nam ab horum pe-
corum optimis quibusq; necandis abstinuerè mili-
tes, ut Iouæ Deo tuo sacrificiū fieret. Reliqua fun-
ditus excidimus. S A M. Licet ne mihi, quod bona
tua uenia fiat, tibi significare, quid mihi Ioua hac
nocte dixerit? S A. Licet. S A M. Nónne cum
uel te iudice paruuſ fueris, nunc princeps es tri-
buum Israelitarum, unitus à Ioua rex eorum? à
quo cum in hanc expeditionem missus sis, iussusq;
sceleratos Amalechitas excindere, & bello ad in-
ternacionem persequi, cur ei dicto audiens non fui-
sti? teq; ad prædā, uetante Ioua, conuertisti? S A V.
Imò Iouæ parui: expeditionemq;, ad quam ab eo
summissus, confecti: & deletis Amalechitis, Aga-
gum eorum regem abduxí. Tantum milites de ma-
nubijs pecora, bouesq; deuotorum primitias, de-
sumperunt, quæ Iouæ Deo tuo immolarentur a-
pud Galgala. S A M. Quasi uero Iouæ tam pla-
ceant hostie & sacrificia, quam eius dicto audien-
tem

tem esse. Scito obedientiam prestantiorem esse sa-
crificio, & obtemperationem adipe arietum. Nam
non parendi peccatum perinde est, ac magia: &
contumacem esse eadem in culpa ponitur, ac simu-
lacricolā esse: & quia Iouæ mandatū repudiasti,
ipse te uiciū regno exiget. a Qui I
præcept:
pudiant,
est non e
quuntur,
Deo uic
sim repue
tur.
qui contra Iouæ iussum, contrāque tua dicta uene-
rim, milites ueritus, eisq; obsequutus. Sed da mihi
quæso hāc ueniam, ut mecum reuertare, ut Iouam
adorem. SAM. Non reuertar tecum, qui Iouæ
mandatum aspernatus sis, & idcirco ab eo abdica-
tus regno Israelitarum. Vale. SAV. At non pa-
tiar te abire, ut non me comiteris. SAM. Quid
me retines? ab rupisti meum pallium: & Ioua ho-
die Israelitarum regnum à te abrumpit, idq; alteri
te meliori tradit. Neq; uero fallet Israelitarum tri-
umphator, neq; factū mutabit: non enim homo est
ut factum mutet. SAV. Fateor peccatum à me
esse. Sed concede mihi hunc honore apud senatores
meorum popularium, apudq; Israelitas, ut mecum
redeas, Iouam Deum tuum adoraturo. SAM. A-
gè agè p̄rei, sequare.

SENTENTIA.

Nihil placet Deo, quod eius præcepto
contrarium est, etiam si bono aliquin ani-
mo fiat. Debet enim homo Deo (sicur ser-
uus hero, aut filius patri) seruire, non suo,
sed illius arbitrio.

f s GOLIA-

ss DIALOG. SACRORVM
GOLIATHVS. 1. Reg. 17.

ARGVMENTVM.

Dauid à Saulo impetrat, ut liceat cū Goliatho pugnare, & illum cum funda & pedo aggressus occidit.

Dauid, Eliabus, Goliathus, Israelita quidam, Alius Istr. Nunciatus, Saulus.

Saluete mei fraires optimi. 2. Deus det que Suelis, germane lepidissime. Ut ualeat pater! D. Optimè, gratia Deo: meq; misit ut uicerē quid ageretis, uobisq; afferrem placentam, & decem panes, & tesseram uestrā acciperem. Dedit etiam mihi decem caseos, ad centurionē. Sed quā ego uocem audio? 3. Quid opus est uos exire ad prælio dimicandū nobiscū? Ego sum Palestinus, uos estis clien-tes Sauli. Deligite ex uobis aliquē, qui cōserat manus mecū: qui si superauerit me prælio, & interemerit, nos seruiemus uobis: sin ego uicerō, uos nobis seruietis. Quanta ego hodie ignominia afficio instrūctos in acie israelitas? Date m̄hi uirū, qui cū contendā singulari certamine. 4. D. Quis est importunus iste, & turgidus Gigas, qui tācū opere despicit nos præ se? cuius nocem & aspectum contrémiscunt omnes, & refugiunt. 1. S. Nescio quis est, natus in nostram perniciem & dedecus: cum quo nemo audet conserere manum: adeo ingens

gens est, & terribilis. D. Quid ergo premij feret,
qui sustulerit eū de medio, & aboluerit hoc tanū
probrum Israeltiarū? Nam quis est impurus iste Pa-
lestinus, qui inurit tantam notā ignominie castis
Dei immortalis? 1 s. Si quis eum deiecerit, rex eum
valde ditabit, locabilit̄ ei nuptum filium suam, dō-
nabitq; immunitate perpetua domum eius pater-
nā. E. a Cur uenisti huc, improbe puer? aut cur
deseruisti pauculas illas ouiculas in saltu? Ego no-
ui temeritatem, audaciamq; tui ingeaij. Mirum ni-
uenisti spectatum prælum. D. Quid ego commisi?
an non erat causa cur uenirem? Sed adibo alios.
Heus tu, quo præmio afficiet rex eū qui occiderit

a Plerunq;
qui minus
possunt, c
contemnu
& obiurg
qui plus p
sunt.

immanē illum Palæstinū? 1 s. Maximo. D. Quo-
nam? 1 s. Ornabit eum maximis diutijs & opibus,
comittetq; ei natā suam uxorē, & liberabit domū
eius patriam in perpetuum. D. Condignum sanè
præmium, & regale. Evidem ausim aggredi ho-
minē; nescio quomodo geslit animus, indignaturq;
tantum licere cuiquam in populam Dei. Hæcine
ut patiar? Impunē ergo nefanda illa probra eu-
mucrit in sacram gentem? Mori me malum. N.

Adolescentule, iubet rex ut uenias ad se. D. Ni-
bil est quod faciam libentius. Eamus O si fiat mi-
hi potestas pugnandi cum eo, quantum bellum cō-
fecero? uel potius, quantum bellum consecerit
Deus, uno occiso? N. Adduco ubi hic adolescent-

28 DIALOG. SACRORVM

tulum, Rex, quem iussisti accersi. **SAVL.** Quid
audio David? tu ne dixisti, te audere in Palæstinum:
illum portentosum, qui perterrefacit totas nostras
acies? **D.** Bono animo es, ô Rex, ne despondeat
quisquam animum. Vos spectabitis: ego ipse subi-
bo hoc certamen, & congregiar cum Palæstino.

Saulus hu-
manas vires
ejectat: Da-
vid diuinis.
s. Vide quid dicas, David. Non possis pugnare cū
eo, adolescentulus, & ruditus belli, cum uiro robu-
stissimo, & in armis exercitatisimo iam à puer.
D. Nihil facio neq; vires, neq; usum armorum e-
ius. habeo lögē aliam rationē certandi. Audi quid
ecclatū spe dicam. Cum aliquando pascerem oues patris mei,
ant carna-
tus quid ho-
pos sit: Eum ego consecutus cæcidi, eripiūq; ouem ē fauci
rituales,
bus eius. Tum ursus in me irruere: ego uero pre-
uid Deus
osit in ho-
mine. ita occidi & leonem & ursum. Non dubito quin
idem exitus maneat nefarium hunc & teterimum
hostem, qui audet proscindere cōuicijs exercitum
Dei immortalis. Ioua, qui defendit me à leone &
urso, idem defendet etiā à Palæstino isto. **s.** Quan-
do tanta fiducia es, per me licet descendas in certa-
men. Adsit tibi Deus. Veruntamen es armandus.

spiritualia
illa spiritu-
ibus, non
rnalib. ar-
is gerenda
sunt. Volo accōmodare tibi mea ipsius arma. **D.** Nun-
quam equidem arma tuli. Sed faciam periculum, si
possum uti. Hæc lorica ualde me grauat, cassis quo-
que prem̄t caput, etiam caligæ sunt duplo mai-
res

LIBER II.

89

res quam promeis pedibus, nec ensis admodum de-
bet meū latus: uideor q̄; magis alligatus ensi, quam
ensis mihi. Vah, non possum ingredi cum his impe-
dimentis. Apage hæc arma, non sum assuetus his fe-
rendis, malo ferre nota tela: pedum dico, & fun-
dam, una cum his quinq; lœuibus silicibus, quos ge-
ram in sacculo. Bene ſpera Rex, cernes me hodie
uictorem redeuntem cum exuuijs hominis ferociſ-
ſimi. s. Ita faxit Deus. g. Videó ne ego homi-
nem uenire ad me? Tandem habebo qui cum cer-
tem. Sed que, malum, intemperie agitant Iſraeli-
tassd. Quis misit nobis hunc pulchellum puſionem
rubicundum? Heus puer, me ne putas canem, qui
cogites pugnare pedo? ut te dij deæq; omnes, quan-
tum est, perdant. Accede ad me fodes, ut iam propi-
nem te dilaniandum & comedendum uolucribus
& bestijs. d. Tu quidem adoriris me, fretus gla-
dio, & hastili, & ſcuto: ego uero aggredior te, ar-
matus solo nomine Ioue armipotentis, Dei copia-
rum Iſraelitarum, in quas tu hodie contulisti om-
nia maledicta. Hodie Deus concluſt te in manum
meam, ut te deiſiam, abſcindam q; tuum caput, &
pascam uolucres & feras non tantum tuo cadaue-
re, ſed etiam omnium qui militat in uestro exercitu:
ut ſciat omnes mortales, eum demum eſſe Deū,
quem Iſraelites agnoscunt & reuerentur: diſcat q;
omnis hæc manus ſpectatrix, Iouam non adhibe-

d Sic mun-
ni conten-
dunt spiri-
tuales, & pi-
ueris ha-
bent.

f s reen-

90 DIALOG. SACRORVM
re ensem, aut hastam in uincendo, cuius sit u-
nius gerere bella, quiq; tradiderit uos nobis in ma-
nus. C. Proh Iupiter, egó ne ut hodie hæc audi-
uerim, idq; à puerō at me Deus perdat, nisi te iam
discerpo his unguibus. D. Quin age, si quid
potes: interim excipe hunc lapidem rectā in fron-
tem. Ohe Goliathē, corruis, qui modò stabas tam
firmē? At ego te contundam usque hoc pedo. Hem
tibi. Nunc istic iace, prostratus manu pueri, qui
modò solo aspectu uiros, & cœlum armis territa-
bas. Hic te puer iugulat tuo ipsius gladio, caputq;
tuum horrendum præfigit tuæ hastæ, quod osten-
tet exercitui.

SEN TENTIA.

Nemo uel tam uir est, quin facile uin-
catur abs quiuis, aduerso Deo: uel tam puer,
quin facile uincat quemuis, propitio Deo.
Dei est uictoria, & credenti nihil arduum.

IONATHAN. 1.Reg.20.

ARGVMENTVM.

Dauid & Ionathan inter se se rationem
ineunt, qua refiscere Dauid queat quis sit
Sauli erga ipsum animus: & fœdus inter se se
in perpetuum paciscuntur.

Dauid, Ionathan.

Quod nam esse potest meum tantum in tu-
um patrem peccatum, Ionathan, ut me
querat ad necem? ION. Ad necem uero? non
est

LIBER II.

est credibile. nam tanta me res non latere: quippe
 cum meus pater nullam rem tantam, tantulam ue-
 faciat, quam non mecum communicet, nemus ut
 hoc me celet. Non est ita. D. At scit ut me ha-
 beas intimum: ideo hoc te fortasse celat, ne aegre
 feras. Crede mihi, nihil tam certum est, quam
 me in summo uitae discrimine uersari. I. Ec-
 quid ergo me tibi hac in re commodare posse ar-
 bitraris? D. Cras, ut tute sis, agitur primus
 dies mensis, quo ego die sole cum rege accumbe-
 re. Ruri latebo, te sciente, usque ad ueste-
 rum tertij abhinc diei. Quod si me requiret, di-
 ces, tuo permisso excurrisse Bethlehemam in me-
 am patriam, ad sacrificium gentilitium, quod u-
 niuersi anniuersarium factitamus. Si laudabit,
 saluus sum: sin succensebit, scito cum nunquam
 ad saniorem mentem reuersurum. Sed dabis hanc
 ueniam mihi, quem religiosissimo fodere in fami-
 liaritatem receperisti, ut si commerui, tu me inter-
 ficias potius, quam tuo patri dedas. I. Deus a hoce est.
 meliora. Imo si sensero eum obstinato animo in tu-
 am ferri perniciem, admonebo te. D. Sed quis
 mihi referet, utrum tibi asperius responderit? I.
 Exeamus sub dium. Ita mihi benefaciat Ioua De- b uidelicet
 us Israelitarum, huius coeli quod uides conditor & ut cœlum i
 habitator, mi David, ut ego eras, aut perendie, tuens Iouan
 scrutabor quid animi habeat meus pater: quem si
 intellexero

92 DIALOG. SACRORVM

intellexero bene esse in te animatum, mittam qui faciat te certiorem: sin autem tibi malum cogitare, id quoque tibi indicabo, ut me autore abeas salvus: adfisi: tibi Ioua, ut adfuit meo patri. Hęc ego me facturum, testor Deum. Quod si fallam, tum Ionathani numen iratum sit. Quod si tum, cum tui hostes omnes, Dei nutu, fuerint ē medio sublati, ego iam non ero in uiuis, ut tua misericordia salutem meam inuicē custodire posis: at certe mea in posterum familię & generi eam non denegabis. Itaq; nunc iterum in eo fœdus, non solum tecū meo nomine, sed etiam cum tua domo nomine posterorum: tibiq; iuro mi David, quem amo ex animo, facturum me ut dixi. Sed accipe rationē. Cras, quod nouilunium celebratur, tu desideraberis: nā tua sessio uacabit. Descendes autem ad summū ter, tribus diebus, in locum, ubi commode lateas, quocunque die negocium hoc siet: erisq; post saxum Azellum. Ego, re facta, ueniam eō, & ad lapidis latus tres sagittas iaculabor, collineans ad scopum. Deinde puerum ad eas petendas mittam: cui si dixeris eas esse citra ipsum, uenias licebit, tua res erit in tuo, testor Deum immortalem: sin autem ultra, abiito sanè Deo uolente. Ac quos inter nos sermones contulimus, Ioua esto eorum testis certissimus.

SBN-

RVM
m, mitem
alam cogli-
tore docto-
patri. Hec
d si fallas, tu
d si sum, can tu
e medio sib[us]
sericordia sibi
at serere mea
on denegab[us].
olam tecum ma-
nique postero-
ex animo, su-
e. Cras, quo
beris: nā tu
sumnum ter, tri-
lates, quean
of sexum Asp-
ad lapidis lat-
ad scopum. D
am: cui si dico
tua res erit in
autem ultra, si
inter nos fer-
o coram

SENTENTIA.

Bonorum iindiuisa est amicicia: estque
arctior uirtutis, quam sanguinis coiunctio.

NOVILVNIVM. 1. Reg. 20.

ARGUMENTVM.

Saulus filium suum Ionathanem, pro-
pter eius cum Dauide amicitia, iaculo trah-
figere conatur.

Saulus, Jonathan.

C Vr non uenit Is[rael]i filius ad cibum capien-
dum, neq[ue] heri neque hodie? I. Petijt à me
ueniam concedendi Bethlehem: futurum enim
sacrificium gentilium in eo oppido, ad quod adesse
iuuss[us] e[st] a fratre suo. Itaque magnoperè orare,
ut si sibi uellem gratissimum facere, facerem e[st] se
conferendi, fratresq[ue] suisendi potestatem. Hæc cau-
sa est, quam obrem ad regiam mensam non uenerit.
SAVL. O^a improbae et cötumacis feeminæ pro-
genies: quasi ego nesciam te Is[rael]i nati percupidum
esse, ad tuum quidem et tuæ parentis dedecus atq[ue]
ignominia.^b Nam quam diu uiuet in terris Is[rael]i fi-
lius, nunquam tu firmum regnum habebis. Quare
cura ut ad me fistatur: nā morte dignus est. I. Cur
ita tandem quid commisit? s A.^c Docebo te hoc iacu-
lo, quid commiserit. I. At ego hinc effugiam. O^d
rem indignam: actum est de Dauide, nisi aufugit.

^a improbae
& cötumax.
Dicitur ea
forma qua
lius homi-
nis, pro ho-
mine.

^b Suarum o-
pum, non i-
sticæ, ratio-
nem haber-
impij.

^c Quia rati-
ne uincere
nequeunt i-
pij, vim af-
runt.

94 DIALOG. SACRORVM
SENTENTIA.

Impij piorum amicitiam ferre non pos-
sunt. In iustis nihil. Et intolerabilius iu-
sticia.

A CHIME LECH V S

2. Reg. 21.

ARGUMENTVM.

Dauid fugiens Saulum, ab Achimelecho
sacerdote panemensemq; impetrat, sese ad
regium quoddam negocium ex ipsius regis
mandato proficiendi simulans.

Achimelechus sacerdos,
Dauid.

Quid est quod solus sis, nullo comitatu? D.
Rex mihi quoddam negocium mandauit,
nec resci- quod negocium ne quis omnino mortalium resci-
siceret quod siceret, nec quo mitterer, præcepit. Eam ob rem
mitterer famulis certum quendam locum assignauit. Quare
si habes quinq; panes, trade mihi; aut quot habes.
A C H I. Panem profanum non habeo: sed sacrum
habeo, si modo tui famuli à mulieribus abstine-
runt. **D A.** Cum mulieribus nihil nobis rei fuit
hunc iam tertium diem, ex quo profectus sum: suntq;
corpora meorum famulorum casta. **M**od si forte tum
cum profecti sunt, fuerat cum uxoribus, atq; ita cor-
pora pura non habebant: at hodie quidem, antequam
sacris panibus uescantur, puri erunt, quoniam hic
dies

RORVM
I A.
ferre non pos-
tolerabilis us

HVS.

Achimelecho
erat, sese ad
x ipsius regi

dos,

omittatur? D.

en mandauit,
ortalium resi-

Eam ob reu-

gnata. Quo-

autem quod haber-

bo: sed facio-

tibus absolu-

il nobis refu-

ctus sum: sumq-

uo: si forie in-

us, atque ita con-

uide, antequam

et, quoniam in-

BLB

LIBER II. 95
Cum dicitur quod spaciū b̄ lūstratio nō mīḡt, b̄ purifica-
in nostra lege. A.igitur accipe pane lācrum. Nam
nullū habeo, p̄r̄eter h̄os app̄ositios panes, ē consueto dñm in
spēctu longe sublatos, summissis statim in eorum locis vīno fuit
cum recentib̄is. D. Habis ne hic p̄r̄terea ullā dñm.
hastā aut enīm. Nam neq; hastam, neq; enīm, tā dñm
pi: ageo me regis mandatum urgēbat. A. Hic est qui
enīs Goliath Palestini, a te in ualle quercus occidit dñm. Igitur 3
si inuolutus panno, post ephodum. Eum tu, si uis,
captas licet: nam aliis nullus est. D. A. Nullus est uis dñm, b̄
isto melior, trādē eum mihi.

Dicitis hebrei q̄ uā signis ualit̄ pro

SEN TENTIA.

In periculis interdum simularunt sancti homines. Lex est facta propter hominem: non homo propter legem. David urgente necessitate panes sacros, insensu comedit, quāuis non esset sacerdos, & solis sacerdotibus uesci per legem liceret.

D O E G V S. 2. Reg. 22.

ARGUMENTVM.

Saulus iniuste curat occidendos Iouā sacerdotes, quia ei Dauidem non indicauerint.

Saulus, Achimelechus,
Doegus.

Audi Achitobi nate. A. Adsum domine. ^a Temere iu-
s. Cur ^a in me coniurasti, cum Isai nato: dicant tyri-
tui et cibaria et ensem dedisti, et pro quo Dcūm gnita,
consuluitis?

96 DIALOG. SACRORVM

consuluitque quæ insidiae mihi manifestò parantur.

b Est hec iu A. b Ecquis autem est ex tuis omnibus æquè fidus,
stissima de atq; David regis gener, tuo iussu profectus, & a-
fensio. Sed ni pud te maxima dignitate habitus? An nunc pri-
hil agno pro- mium Dei oraculum eius nomine sum percontatus?
dest innoce- tia, iudice lu Absit à me omne scelus, caue ne mihi, aut omnino
po meæ paternæ familiæ, ullum in hac re crimè imponas: nam istius totius negocij sum planè ignarus.

s. Morieris Achimeleche, unā cum tota tua pater-
na familia. Agite mei cursores, circundate & occi-
dite hos Iouæ sacerdotes, nam Dauidis partes tuer-
tur: sciebatq; profugum esse, neq; me certiorem fe-
cerut. c Quid dubitatis? quæ uos religio impedit?
Interdū ma ior est tyran norū crude-
litas, quām ut ei ueliat obsequi sa-
tellites.

Cur & uos mihi non pareatis? Agè Doege, circum-
ueni eos tu, & interfice. d. Fiet.

SEN TENTIA.

Impius princeps sanguinarius est, & su-
spicioni iræq; sue magis credit & obsequi-
tur, quām ueritati. Miserum est cū iudice
negocium habere, qui ueram cause dictio-
nem non admittit.

DAVID LATITANS.

i. Reg. 24.

ARGUMENTVM.

Dauid Saulum solum nactus in antro, e-
ius penulæ oram abscondit. Deinde digres-
sus, alta uoce apud eum innocentiam suam
testatur: & Saulus suam iusticiā cōstitetur.

Comi-

ORVM
nigro parentia
tibus aquifib;
profefit; &
? Annunciat
um percontat
hi, aut omnia
cre criminis po
n planisignata
tota tuus patr
undate et occid
dis partes tua
et certiori rem
ligio impedit
age, circum-

us est, & lu
& obsequ
st cū iudice
aufe diffia
ANS.

in antro, &
inde digre
entiam fum
ia cognoscere
Com

LIBER II.

97

Comites, Dauidis, Dauid, Saulus.

AT deflectit Saulus in hoc antrum, ad^a pa- a exoneran
rendum necessitatⁱ. **b** Dies aduenit Dauid, dam aluun
quo die tibi Ioua promisit, se tibi traditurum tuum b Mundar
hostem in potestatem, ut eo utaris ad tuum arbi- summo iur
trium. **D.** A. Tacete, tacete. obrepam ad eum pede- utendum c
tentim a tergo, dum uentre exonerat. **c.** Quid sent, at spi- tuales, de
facit? non eum interficit? o hominem insanum, summo iur
qui tantam, tam subito oblatam occasionem ulci- inultum re
scendi hostis non arripiat? **D.** Ah toto animo co- mittunt.
moueor, postequam oram eius penulae abscidi. A-
uertat Ioua, ut hoc eius inuncto domino meo fa-
cia, & ei manus afferat: uel hoc solo nomine, quod
Ioua Unius est. **c.** Tu nimis religiosus es. Nos
ipsi faciemus non ita cunctanter. **D.** Nolite
Dei munus usurpare: regem non fecistis, regem ne
delete. Eiusdem est abolere, qui creauit. Sinite eum.
Iam exit, ego eum subsequar. Heus domine Rex.
s. Ecquis me reuocat? **D.** Cur fidē habes dictis
eorum, qui dicunt Dauidem tibi malum moliri? Vi-
des profectō oculis tuis, ut hodie Ioua in spelunca
tui mihi fecerit potestatem: nec defuit, qui me in
tuā necem cohortaretur. sed pepercit tibi, meq; ne-
gauit manus allaturum domino meo qui esset Un-
ius Ioua. Sed uide, pater, uide tuae penulae extre-
mum in manu mea: quod cum abscederim neque te
interfecerim, cognosce & intellige, nullum me sce-

g lus com-

98 DIALOG. SACRORVM

lus commisſe, nullum contrate facimus admisſe,
dignum quamobrem meæ uitæ infidias tenderes.

Pij vindi-
am Deo re
liquunt. ^c Si spiat hanc loua cauſsam, teq; mibi ſine mea
opera ulcificatur. Vetus eſt prouerbiū, & 'ſcelera-
Turpe eſt to prodibit ſcelus. Te quidem mea manu non ulci-
ntulos viros ſcar. ^d Cui tandem iſtat rex Iſraelitarum? quem tu
ſtos eſſe. perſequeris? canem mortuum, pulicem, louani pre-
Quibus o-
cor, ut huius ſibi cauſæ iudicium iſcepit, measq;
tione per-
aderi non partes defendens, tuas in me iniurias perſequatur.
wait, iſs re s. Tuam' ne ego uocem audio David filii hei mihi:
perſuade- ^e tu æquum & bonum habes, qui mihi bonum pro-
tur.
linc Saulū malo reſpiceris. id quod ſatis ho die oſtendisti, cum
mihi (quem in tuam manum loua conuiferat) mor-
ceaffe ſciē-
tem. tem non intuleris. Nā quo tu ſquisq; eſt, qui hoſtem
mij pios ſuum nacltus, indeminem diuitiat? Sed te pro iſto
uos & im- tuo ho dierno in me facto, loua cōdigno præmio re-
ne religio muneretur. Ego quidem fſcio te regem futurū, &
eſſe cre- regnū in Iſraelitas obtenturum. Quare g iura mihi
nt, eū eos per louam, te meam stirpem poſt meum interitum
curando ſtingant. non eſſe exciſurum, mei'ue nominis memoriam de-
ſo qui eo- mea familia deleterum. D. Iuro.
m iureiu-
ndo non
redent.

SEN TENTIA.

Iniusti calumniatoribus facilimè credūt:
Iniusti malum pro bono, iuſti contrà bonum
pro malo reddunt: & Deus utroq; tandem
pro meritis remuneratur.

ABIGAIL. 1. Feg. 25.

ARGV-

LIBER II.

55

ARGUMENTVM.

Missi ad Nabalem famuli Dauidis ad petenda cibaria, repudiantur ab eo. Quo auditio, Nabalis uxor Abigail munera Dauidi obuiam ferre properat: & ei obuiam facta, eius in Nabalem iram pacat.

Famuli Dauidis, Nabal, Puer,

Abigail, Dauid.

DAVID. et si filius te, Nabal, tuamq; domum, thac; omnia, plena salutis impedit. — Is. 54. 1. quia astatuit, ut eis suram oculu facias: mihi nos ad te, regalum, ut si cum tuis pastribus no solum si ne ullo maleficio aut iniuria, uerum etiam cum magno beneficio sumus ueni, ita ut eos ab omni iactura tuos praesertim, quamdu fuerunt in Car. C. 1. melo: cuius nobis rei tui famuli testes esse possumus. benigne nobis facias hoc praesertim tam falso die: & que comitio ac poteris, nec cibaria ad ipsius Dauidis, tui prope dicimus filij, eiusq; comitii famem propellendam. N. Quis est iste Dauid? quis est iste Ise? filius? is ne est, ad quem hodie serui passim a dominis transfugiunt? a Scilicet ego cibum potio nemq; meam, & que mactauit ad alepdos meos tonsores, dem hominibus mihi prorsus ignotis? P. Aliunde nobis proficiamus: nam hinc quidem nihil auferemus, ut eum affectum video. Redeamus ad Dauidem. P. b Meus dominus consuluit sibi profectores.

g 2 simile

a Stultiq;
tis benefia
renolunt

b Famu
sunt inter
heris sapi
tores.

100 DIALOG. SACRORVM

sime. Eo narratū omnem rem here, ut caueat. Hera, nunc, si quando, tua est opus prudentia.

A. Num quod malum recens ortū est? r. Et quidem maximum. Mis̄i à Dauidē nuncijs ē desertis ad herum nostrum, ut aliquid hinc per humanitatē au-

ferrent, repudiati ab eo sunt: & tamen illos ex-

perti sumus uiros plānē bonos: nulla unquam con-

tumelia aut damno affecti, quandiu sumus inter

eos rusticati. Quin & pro muro nobis noctes diesq;

funt.

fuerūt, donec uersati cum eis sumus, pascendo pe-

cudes. Proinde dispice tu diligenter quid agas: a-

lioquin actum est de domino nostro, & tota eius fa-

milia. Nam ipsum quidem conuenire, hominem

profligatissimum, ac perditissimum, stulticia sit.

A. Famuli, capite properē omnia hæc, quæ uo-

bis tradam, quæ imposta asinis feretis antē. Ego

iam subsequar. Huc mihi properē asinum. Quām

malè metuo, ne mei uiiri stulticiam luamus. O ho-

minem insanum, qui pro nihilo habuerit, eum ho-

minem in se irritare, à quo maximē potest & iuuā

ri amico, & ladi infenso. Sed video ipsum Daui-

dēm aduerso colle descendantem. Nescio quid ira-

tus loquitur cum suis. d. Næ ego frustra conser-

uavi omnia quæ habet iste in desertis, ita ut nihil

omnino de suo desperdiderit: & reddidit mihi a ma-

lum pro bono? At ita perdat Deus hostes Dauidis,

ut ei ante crastinum mane nihil prorsum reliqui

faciam.

ORVM
re, p. ite quod est
p. d' uenientia.
p. El quidem
debet ad be-
uaniatatem a-
men illos ex-
a niquam co-
lin sumus inter-
is noctes diez,
pascendo pe-
quid agas? &
tota eius fu-
re, hominem
duliciter sit.
e, que uo-
is ant. Ego
nam. Quan-
sumus. O ho-
uerit, cum bi-
potest & tua
o ipsam Dav-
iescio quid me
frustra con-
fis, ita uincit
didit milia de-
hostes David,
prosponit re-
ficiat.

LIBER II.

102

faciam. A. Obsecro te domine, tibi ante pedes sup
pliciter iacens ut bona me uenia audias. ^d Vide, mi
Dauid, ne hominem despiciatissimum, Nabalem,
dignum iudices, in quem iras uertas: qui sicut no-
mine, ita re ipsa stultus est. Nam ego quidem, cuius
est culpam præstare, missos à te iuuenes non uide-
ram: neque enim siuissem abire vacuos. Sed uides
profecto, uir clarissime, (neque enim dubitari po-
test) te à Deo immortali absterrei à sanguine fa-
ciendo in tuis inimicis per temetipsum persecu-
dis: ^e cum ipsius Nabalis infania eiusmodi, sit ipsa
per se supplicium, ut non aliud tuis hostibus &
inuidis imprecandum esse uideatur. Quare &
quo animo patere hoc munusculum, quod tibi hic
affero, iuuenibus tibi meretibus dari auferendum,
& mibi hanc noxam remitte. Sic tuas tibi fortunas
bella diuina gerenti in tuto constituat Deus, & te
in omni uita omni male prohibeat. Ac si quis ti-
bi infestus, & tua necis cupidus existat, precor
Deum, ut te semper incolumi, & fortissime consi-
stente, tuis hostiis uarijs lactatus procellis dispe-
reat. Iam uero cum præclara Dei promissa con-
sequutus, Israelitarum dux fueris constitutus,
tanta tua felicitas nulla quasi labefactabitur labe
conscientie, qua necesse esset tuam leticiam, conta-
minari recordatione effusi sanguinis, & supplicij
ob priuatam iniuriam sumpti. Deus faciet tibi me-
^d Stulti in-
gni sunt
quos seu
uiri magni-
^e Stultici
tis magni-
suppliciu-

g 3 liora,

liora, meminerisq; aliquando mei. D. Gratias ago
 quod bonum est, id obuiam: & nec non tibi, quae tua oratione a cæde
 o accese & vindicta iniuriæ in me cōmissæ auocaris. Nam
 ferendū est. Deum immortalem testor, qui me tibi malefacere
 Et homi prohibet, nisi tu mihi occurrere properauisses, Na
 simpliciter balē ante diluculū fortunis omnibus funditus euer
 entes laus tissim. Verum eius culpam tibi condono, tuaq; mis
 de digni nera grato animo accipio. Abi sanè domum salua.

SEN TENTIA.

Irritare potentiores, uesania est: bonum
 malo pensare, scelus. Iratum potentiores
 muneribus ueribisq; pacare, sapientia est.

A B I S A E V S.

1. Reg. 26.

ARGUMENTVM.

David noctu clām in Sauli castra degres
 sus, eius dormientis hastā matellamq; sur
 ripit. Deinde digressus illinc procul, clam
 ore eum excitat, suamq; innocentiam iterum
 testatur, in calumniatores inuehens. & ille
 iniquitatem suam iterum confitetur.

David, Abiseus, Abner,
 Saulus.

VTer uestrūm descendet mecum in castra ad
 Saulum? A B I. Ego. D A. Eamus sensim
 & pedentim per noctem, dum dormiunt hostes.
 St. O-

Q. M.

St. Omnes sunt oppressi altissimo somno. A. David
 David. D. Quid est? A B. Hic sterit Saulus in ten-
 torio, hasta humi ad caput eius defixa. Abner &
 reliqui a temere circu eum iacent. nimiri tibi Deus a confusi
 facit tui hostis potestatem. Vis ergo ut eum ego ha nullo or-
 sta configam ad terru uno istu, nou repetendo? D.
 b Noli eū perimere. quis enim adserat manū ei quē b Singula
 Deus unctione creauit regem, qm obliget se nefas
 ria scelere? Aut Deus eū perdat oportet, aut dies ei
 fatalis ueniat, aut in p̄xto cadat. Cetiē mēā manū
 à rege creato diuinitus auerterat Deus. Sed cape ha-
 stam eius, & matellam: abeamus. A. Deus bone, ut
 altē sopiti sunt: nullus omnino expurgescitur. D.
 Non sine numine hæc fiunt. Concedamus monte.
 Volo ego de summo cacumine clamare Saulum, &
 ei ostendere me non minus fidum, quam quemuis
 eorum quibus stupatoribus utitur. Satis iam procul
 absimus ab eis, ne repentina eorum aduentu possi-
 mus opprimi. Heus Saule, heus stupatores Sauli:
 heus Abner, non mihi responde: heus te appello
 Abner. A B N. Quis tu es, qui clamas regem? D.
 Næ tu es vir eximius, & dignus qui inter Israelites
 principatum tencas. Ita ne uero regem domi-
 num custodis, ut ad eum necandum, miles quidam
 modò introierit tentorium? Haud egregium sanè
 istud fecisti. Per Deum immortalem uos estis digni
 supplicio capitali, qui tam male custodiatis domi-

e iuxta.
 Impij pios
 a sritter
 ersequim-
 r, ut pīj ad
 osanē reli-
 onis homi-
 s interdū
 recipere
 cogantur
 ij Dei prē
 lio nitun-
 tur.
 Indignum
 à suumis
 simos infes-
 stari.
 Impij pio-
 m benefi-
 s interdū
 sequatur. s. 8 Peccavi. reuertere David filii: iam e-
 uincitur,
 peccatum
 eantur.
 nece. Erravi nimisquam imprudenter, fateor. d.
 d paulo
 st redētē
 ingenui.
 Pij uindi-
 Deo con-
 mittunt.
 eus bonis
 na repen-
 dit.
 num uestrum, regem à Deo constitutum. Queso
 uide ubi sit hasta, & matella regis, quæ erat e pro-
 pter caput eius. s. Est' ne ista tua uox, fili mi Da-
 uid? D. Mea, ô mirex, & domine. Sed cur tan-
 dem persequeris seruum tuū aut quid feci, aut com-
 misi? Enimuero ne grauare paulisper audire me
 loquentem. Si Deus te mihi infestum reddit, precor
 eum tibi propitium: si homines sunt, execrabilis
 sunt in cōspectu Iouæ, de cuius me hodie patri-
 monio deturbant, quantum est in ipsis, & ad cul-
 tum deorum peregrinorum impellunt. Sed non si-
 net Ioua terram meo sanguine funestari, f quamuis
 Israelitarum rex occupatus sit in persequendo pu-
 police (ut ita dicam) ut si perdicem per montes per-
 sequatur. s. 8 Peccavi. reuertere David filii: iam e-
 uincitur,
 peccatum
 eantur.
 nece. Erravi nimisquam imprudenter, fateor. d.
 Hic depono hastam tuam. eam petito aliquis iu-
 uenum: h ceterum Deus remuneretur quęq; ut di-
 gnis, meritusq; est. Te quidem hodie tradidit mi-
 hi in manum: sed continui me à nece regis. Ergo
 i quemadmodum tuam ego salutem charam habui,
 sic ille habiturus est mean, meq; hostili manu libe-
 raturus. s. Macte uirtute David fili, hauddubie
 conata perficies.

SENTENTIA.

Et iusti iuste, & iniusti iniuste facere perse-
 uerant. Calumniantēs tametsi utrisq; no-
 cent,

RORVN
stitution. Qd
is, que erat in
tua nox, filii Di
jine. Secur ut
quid fecit, et con
sulisper adire n
am reddit, prout
sunt, exercitata
ne hodie part
ipsi, et ad cul
lum. Sed vobis
stari, quanquam
sequendo pu
montes per
and filium e
stimueris te me
ter, facies. D
eito aliquis ut
tur quip, ut di
die tradidit mi
seregi. Ergo
a charam habu
ostili manu llo
ia fili, heudet
e facere peris
eris utrisque no
go.

LIBER II.

105

cent, tamen reuera perniciosiores sunt ijs
qui eorum calumnijs credunt, quam ijs quos
calumniantur.

PHOEBA S. 1.Reg.28.

ARGUMENTVM.

Phœbas Saulo Samuelē elicit ab inferis,
& ab eo Saulus futurum exitium suum co
gnoscit.

Saulus, Phœbas, Samuel,
Famuli.

P Hœbas, redde mihi oraculum Phœbi, & ex
cie quem dicam tibi. P.H. At tu scis, ut exter
minauerit Saulus ex hac terra Phœbadas & diui
nos, cur me in tantum capitibus periculum adducere
uis? S A V L. Iouam Deum immortalem iuro,
hanc tibi rem fraudi non futurā. P.H. Ecquem uis
tibi excitem? S A V. Samuelem. P.H. Fict: heus
me miserā, disperij. tu Saulus es & me indignè de
cepisti. S A V. Ne formida, Sed quid uides? P.H.
Video augustam quandā, & planè diuinam perso
nam ē terra ascendentem. S A V. Qua est species?
P.H. Vir est senex, indutus pallium. S A V. Sa
muel est, præbebo ei honorem. S A M. Quamobrē
me elicendo inquietas, Saule? S A V. Magnis pre
mor angustijs. Palæstini me bello petūt, Deus auer
satur, nec iam respōdet, neq; per uates, neq; per so
mnia. hanc ob causam accui te, ut me doceas, quid
nibi

85

nibi

106 DIALOG. SACRORVM

Qui uiuen-
i Samueli
obsequi no-
uit, mortuū
rufstra con-
sulit: & que
Deus des-
uit, is ab ho-
mine nequic-
uam praesi-
lium petit. dicet tecum Israelitas Palæstinis: & crastu, tuiq; li-
moriemini. beri b; critis unā mecum. castra etiam Israelitarum
tradet Palæstinis. S A V L. Eheu. P H. Perij
misera, corruit. Saule, Saule, obsecro te, obse-
querere mihi: cape cibum. Tu scis ut sim tibi mori-
gerata, & caput meum summo periculo obiece-
rim, ut exequerer tua iussa. Agedum, præbe te mi-
hi facilem uicissim, & uescere cibo quem tibi appo-
nam, ut recreatis uiribus aggrediaris iter. S A V.
Nō edam. F. Quareimō uerò edes. P H. Ius ora-
mus. S A V. Quando tantopere urgetis, fiat. P H.
Magna est, Agedum surge, & recube in hoc lectulo, e dum e-
in benefi-
go uobis macto uitulum altile, quem habeo domi-
, humani.
tas subigoq; farinam, ex qua conficiam panes subcime-
rios.

SEN TENTIA.

Qui Deum deseruerunt, tandem deserun-
tur à Deo. Deserti à Deo, configiunt ad
eum à quo antè abhorruerant, diabolum:
à quo nihil nec cognoscunt, nec consequun-
tur, nisi suum exitium. Et sanè æquum
est,

LIBER II.

102

est, ut qui bonum fugit, incidat in malum.

ACHIS. 1. Reg. 19.

ARGUMENTVM.

Achis Gethæ rex, admonitu procerum suorum Dauidem (qui ad ipsum confugerat) ab exercitu suo dimittit.

Proceres Palæstini, Achis
rex, Dauid.

Qui iam sunt Hebrei isti, quos habes in nostro exercitu? A. Dauid est, Sauli Israe litarum regis seruus, qui mecum egit per hosce dies, uel potius annos, in quo nihil adhuc reprehēsione dignum deprehendi, ex quo ad nos ausigit. P.R. Remitte hominem in eam prouinciam, cui tu eum p̄fēcisti: ne, si nobiscum descenderit in certamen, in nos se conuertat. ^a Nam qua tandem re me lius posſit cum suo domino reconciliari, quam horum hominum capitibus? Non 'ne hic est ille Dauid, carmine illo in choreis celebratus? Saulus mil le, decem concidit millia Dauid. A. Dauid, iouam ego immortale testor, te mihi, tuamq; caſtren ſem conſuetudinem probari: neq; enim ullum adhuc in te uitium, poſte aquā ad me primum te con tulisti, deprehendi. Sed optimatibus non places. Quamobrem diſcede cum bona pace, ne Palæſti nos proceres offendas. D. Nam quid ego commiſſi?

^a Etiam baris non est prudētia.

aut.

108 DIALOG. SACRORVM

• Simulatio.

aut quid in me adhuc deprehendisti, ex quo pri-
mum in tuum conspectum ueni, ut in bellum con-
tra hostes tuos non proficiscar? A. Scio equidem
te mihi tam placere, quam si diuinus esses genius.
Sed uerant satrapæ Palæstini, te prælium secum ini-
re. Quamobrem manè, ubi diluxerit, proficisci-
re sancè unà cum tui domini seruis, qui tecum uene-
runt. D. Evidem inuitis illis militare nolim:
parebitur.

S E N T E N T I A.

Non ab respectum est perfugarum con-
tra suos auxilium.

A M A L E C H I T A. 2. Reg. 1.

A R G U M E N T U M.

Amalechita quidam Dauidi necem Sauli
nunciat, cuius necis autorem ipse se esse di-
cit: eamq; ob rem Dauid eum iubet interfici.

Dauid Amalechita.

V Ideo quendam hoc uenientem scissa ueste,
et capite insperio puluere. Haud temere
est nimis aliquem sinistrum nuncius adseri. Un-
de nam ades tu? A. Ex exercitu Israélitarum eu-
si. D. A. Quid acium est eloquere. A. Fuge-
runt milites et prælio, multi e uulso ceciderunt; Sau-
lus quoq; & Jonathan eius filius occubuerunt. D.
Qui scis Saulum & Ionathanem occubuisse? A.
Cum forte uenisssem in Gelboem monte, video Sau-
lum

lū innixū hastæ, cui currus & equitatus iam iamq;
imminebat. Respexit ille, & me uiso: Huc ades,
inquit. Accessi. tum ille, Quis tu es? Amalechita,
inquam ego. Aggredere me, inquit, & interfice.
nam magno dolore discrucior, nec adhuc possum
emori. Hic ego quid agerem? uidebam non uictu-
rum post tam grauem casum: itaq; interemi, abstu-
liq; coronam de capite eius, & armillam de bra-
chio: que tibi affero, ut uides. D. ^a Heu calamito-
sa clades, heu lugubre prælum, ô facinus audax.
Cuias es? A. Filius sum aduenæ cuiusdam Ama-
lechite. D. Té ne ergo non esse ueritum ista impu-
ra manu perdere uictum Iouæ? Tu iuuenis inuade
hominem, neca. meritò moreris, & tuo indicio pe-
ris, qui te de rege intersecto iactaueris.

a Singuliri-
virtus Daui-
dis, qui lug-
athostem.

SEN TENTIA.

Si potentes sic tractarent eos qui ipsi
mortem aut malum inimicorum, tanquam
rem lætam, nunciant, ut Amalechitam hanc
tractauit Dauid: aut si saltē huiusmodi nun-
cios auersarēntur: minus auderent assenta-
tatores.

NATHAN. 2.Reg.12.

ARGUMENTVM.

Nathan Dauidem iussu Iouæ, facta ad rem
narratione simili, ita prudenter adulterij ho-
mici dijç; arguit, ut ipse Dauid cōtra semet-
ipsum ferat sententiam.

Nathan

Sum. Parv.

no DIALOG. SACRORVM
Nathan, Dauid.

DAuid, duo homines erant in quadam urbe; alter diues, alter pauper. Diues, ouib. & capris bobusq; abundabat: pauper una omnia habebat ouiculam, à se emptam & altam, quæ adoleuerat unà cum ipso, & liberis eius, uescebatur codè cibo cum eo, bibebat eandem potionem, quiescebat in sinu eius: bruiter, erat ei pro filia. Ad illum autem diuitem uenit quidam hospes, quæ accepturus, præteritis pecoribus suis, ouiculam illam pauperis de causis mactauit. **D.** Per louam immortalem dignus est morte, qui fecit istud: ouemq; certè quauidicare solemus. druplo pensabit, qui tantum facinus committere non dubitauerit. **N.** Tu ille es, Dauid. Deus creauit te regem Israclitarum, tèque liberauit ex manu Sauli: tibi tradidit domū domini tui, & uxores^b, in matrimonium. quas complecteris: tibi Israclitarum, tibi Iudeorum. Ut quisque Iurimis beneficj deo efficijs à deo effectus est, a gravi si- sit è non satis essent. Et tu contempto eius precepisti, Vriam Heitæum Ammonitarū telis obiectum, in eum indignissimè trucidasti: eiusq; uxorem, nulla loueccat, si pœnitentia flagitia nunquam à tua domo aberit clades. Nam mitatem in Deus conflabit tibi malum domesticum: tu usq; uerberet domum, ut uxores, te uidente, alteri tradet, qui cum eis luce palam congregedetur. Tu quidem occultè fecisti: sed p'frentur. ipse id faciet in luce, atque in oculis omnium Israeli tarum.

LIBER II.

111

tarum. D. Peccavi in Deum. N. e Deus quoq; remittit ille quidem tibi peccatum, neq; ob id morieris. Sed quia ista re inimicis tuæ occasionem maledicendi dedisti, filius qui tibi natus est, morietur. Hec me tibi nunciare iussit Deus.

e Morte dignus erat, & pena fuit leuior. haec uenia uocatur

SENTENTIA.

Callide reprehendendi sunt potentes. Qui alterum damnat, seipsum damnat, si similia cōmittit. Nihil est tam rectum, quin detegatur. Si peccatum tuum resciſci non uis, peccare noli.

THECUANA. 2. Reg. 14.

ARGUMENTUM.

Thecuana fœmina, à Ioabo subornata, oratione testa atq; figurata impetrat à Dauid reuocationem Absalom eius filij, ob fratricidium profugi.

Mulier Thecuana, Dauid,

Ioabus.

F Idem tuam, ô Rex. D. Quid mali habes? M. Mulier sum deserta, & uiduata uiro, cui superstites fuerant duo filii. ij cum ruri forte inter se cōtenderent, nec esset qui litem dirimeret, cæcidit alter alterū, eumq; morte multauit. Nunc uniuersa me familia urget, poscens ad necem eum qui superest, ob interemptum fratrem, cupiēsq; perdere unicūm hæredem parentū: et quod mihi misere a lucis supereſt (quod certè est perexiguum) extingue-

a præsidij,
latij.

re_d

112 DIALOG. SACRORVM

b progenie re, meiq; uiri^b nomē memoriāq; prorsus ē rerū nā
extinguere. D. Recipe te domum tuam: ista mihi
curae res erit. M. Verūm interim periculum est,
ne te tuis q; nescientibus, pœna mihi & meis irro-
getur. D. Si quis in te mutiat, deferto ad me. nē il
le faxo nunquam postea te tanget. M. Sed memi-
neris per Deum immortalem, multos esse occisi co-
gnatos, & uindices, à quibus omnibus exitium meo
filio metuendum sit. D. Eundem tibi ego Deū

uel min- iuro, me prouisuru, ne tuus filius & ullū pilum amit
mo malo af- tat. M. Dabis mihi ueniā, si te liberius iam alloquar.
iciatur. Ta- D. Sanē. M. Quæ te (malum) ratio inducit, ut cū
is est & illa n Euāgeliō te mihi mulieri uilissimæ tam facilem præbeas, po-
ocutio: Ca pulo toti, eiq; præstantissimo, ita sis durus & ine-
illi capitio- xorabilis, ut ei nolis condonare profugum tuū, cu-
rati sunt.

ius non minus est cupidus, quam ego sum mei nati
præsertim cum in eo non minus fortasse tui generis
propagandi spes posita sit, quam mei in meo. Neq;
enim potes habere exploratū, te aliū regni succe-
sorem esse procreatū. Nam moriendum certe
est, idq; incertum an hac ipsa hora: & ita morien-
dum, ut in hanc uitam reditus non pateat: non ma-
gis quam aqua semel effusa, recolligi non potest.
quo magis nobis habenda ratio est, ut in nostri ge-
neris propagatione quodammodo immortales reda-
damur. Quod si supplicij æquitatem prætendis, ui-
de ne non æquitatem, legi parēdo: sed iniuriam,

Deum

Deum legis
Neque enim
namē omni-
git de recon-
sum ab eo si-
ten intelliga-
sit bac de re
lumipsum ta-
pſem ualde
du te induce-
gen adib, &
ſragan. Qd
ciam tueri u
is omnibus,
do eo contend-
uentiam, qui
ſclausum eſſe
tarum eſſe, o-
clare ſcirem,
impunitate diju-
de diuina ſem-
tabitabam, q
item nunc eſſe
d. Neme ce
d. Non he iſſi
ta libiſſecund
retum quenq

LIBER II.

113

Deum legis autorem non imitando, sequi uideare.

Neque enim ille continuò fontes perdit, d id quod tu
minimè omnium ignoras: sed etiam atq; etiam co-
gitat de reconciliandis eis, qui ob suum aliquod fa-
ctum ab eo sunt alienati. Atq; ut iam mean ratio-
nem intelligas, equidem non sine dubitatione c feci
ut te hac de re adirem. Nam quòd uidebam popu-
lum ipsum tam parum apud te ualere, ne ipsa nihil
possem ualde metuebam. Et eam ob rem, quo calli-
dus te inducerem, sic mecum ipsa cogitauit: Hem re-
gem adibo, & cum eo, quasi meum sit negocium,
sic agam. Quod si obtinuero, ut me contra eorum
odium tueri uelit, qui me unà cum filio meo fortu-
nis omnibus, uitaq; ipsa cuertere properent: tum
ab eo contendam, ut si f sibi constare uelit, suam cle- f Constan-
mentiam, quam uni expositam habeat, tam multis fe.
g clausam esse non patiatur. Quā me rem impetra- g Non de-
turam esse, ô rex, non diffidebam. Cum enim pre- geto.

clare scirem, te in iure dicendo, & æquitatem ab
iniquitate dijudicando, singulari quadam & pla-
nè diuina semper fuisse prudentia prædictum: non
dubitabam, quin qui tibi nunquam absuisset Deus,
idem nunc esset in hac iustissima causa adfuturus.

D. Ne me cela, quod te rogado. M. Roge sane.
D. Non he istud totum fecisti impulsore Ioabo? M.
Ita tibi secunda omnia opto, ô Rex, ut nullius harum
rerum quenquam ulla ex parte authorem habeo,

h præter

NORT
prospera èrunt
in uacuum am
in periculum es
hi & maiori
sferito adm. na
t. m. Sed mem
tois esse occisi
bus existim ma
ent tibi ego Dō
us ulli plūm ent
us iam alloque
io inducit, ut ti
præbescit, po
durus & inc
ipigant tū, cu
go sum mei nat
erasset in gen
ne in meo. Ne
lū regni suc
niorientiam en
t. & ita morie
pateat: non ne
olligi non potest
st, ut in nobis q
lo immortalem
tem prætendit
os, sed iniquitat
Dicitur

114 DIALOG. SACRORVM
preter Iobum: ipse iusit, ipse præmōstravit que-
cungz dixi: eius instinctu rem omnem inuolucris fl-
gurarum texi: quā tu pro tua diuinā sapientia, qua
omnia que in mundo constant, tenes, facile intellexi
sti. D. Impetraſti Iobae. I sanè reductum adolescen-
tem Absalomum. I. Ago tibi gratias immortales, ô
Rex. nunc demum intelligo, me apud te ualere gra-
tia, postquam hoc sum à te consecutus.

S E N T E N T I A.

In aliena causa facilius iudicant homines,
quām in sua. Itaq; hominem ab aliena ad suā
per similitudinem deducere prudentia est.

S E M E I S. 2. Reg. 16.

A R G V M E N T U M.

Semeis Dauidem cōuicijs proscindit: quæ
Dauid fert patienter.

Semeis, Abisæus, Dauid.

P Rodi, prodī homo sanguinariæ & scelerose.
Expetit à te Ioua omnem sanguinem domus
Sauli, cuius tu regnum occupasti, quod Ioua Absa-
lomo filio tuo tradidit. Nunc nunc tua te scelerap-
turi, homicida crudelissime, quem ego iam hic lapi-
dibus obruam. A. Non' ne indignum est, canem
istum mortuum regi conuiciari? Vis' ne ut eum ado-
riar, eiq; caput decutiā? D. " Quid tum postea, fili
adenti ob- Saruiae, si conuiciatur: & si ei Ioua mandauit, ut Da-
emperandū non est. uidi malediceret, quis ab eo facti rationem repo-
scat?

LIBER II.

113

Cat? En meus ipse filius, qui ex meis uisceribus ortus est, mortem mihi machinatur: quid faciet ^b Iemine natus? Sinite eum maledicere: nam loue iussu facit. fortasse respiciet loua mean miseriam, mihiq; bo- num rependet pro hodiernis huius cōuicijs. s. See leratiſime, et flagitiſime mortalium omnium: non ſolum bipedum, ſed etiam quadrupedum ne- quifſime: qui per nefarias cædes ad regnum perue- niſti, qui Sauli domum funditus extirpasti: qui ho- minē optimum, eius uxore conſuprata, crudelijſi- mè occidiſti, et eius neci plurimos te meliores addi- diſti, adulteriūq; homicidio cumulaſti, homo perfi- dioſe et impure, quid potest in te ſatis grauiter di- ci? quem ego hic ſaxis iam maſtabo, et unius iuſtiſi- ma cæde tot nefarias cædes expiabo.

S E N T B N T I A.

Maledicta conſanter ferre, magni eſt ani- mi: non ferre, effeminate.

A C H I T O P H E L. 2. Reg. 17.

A R G V M E N T U M.

Achitophel Absalom prudens, ſed impia- conſilium dat, de opprimendo Absolomi pa- tre Dauide. Verū Chusaeus Dauidi bene uo- lens, altero conſilio illud reddit irritum.

Achitophel, Absalomus,
Chusaeus.

Absalome, ceneo ut ego nunc, lectis duode- cim hominum milibus, Dauidem hac no-

b 2 dē

^b Vid.
ex Saul
gnation
e Piou
tientia
neratur
us.

116 DIALOG. SACRORVM

et persequar: eumque perterritum et fatigatum, defessumque; omnibus qui cum eo sunt fuga dilapsis, solum interficiam: deinde ceteros omnes ad te sic reducam, ut sponsa deduci solet ad spousum. Ita fiet, ut cum tu unius mortem expetas, ceterorum omnium saluti consultum sit. A.B. Per placet quidem tuum consilium: sed uocetur huc etiam Chuseus Archita, ut audiamus quid ipse quoque dicat. Chusee, suadet Achitophel, ut regem hac nocte inuadamus: territum que et a suis destitutum, saluis reliquis, opprimamus. Tu quid censes? sequemur ne eius consilium, an non sequemur? C. Achitophelis consilium, hominis alioquin prudentis, hac quidem in re

Qui alterius non probabo. Tu scis, ut pater tuus, et qui eum comedentes tantur, homines sint strenui, et ursa agresti pullis orbata ferociores. Præterea pater tuus uir rei militaris scientissimus, non est cum reliqua turba per noctem acturus. Nunc latet in aliquo antro, aut alio loco. Quod si quis principio de tuis cederit, et rumor sparsus fuerit, factam esse cædem Absalomorum: illi ipsi qui nunc sunt leonibus animosiores, exanimabuntur. Sciant enim uniuersi Israelitæ, patrem tuum uirum esse fortissimum, nec non eius milites. Verum meum consilium est, ut conueniant ad te omnes Israelitæ à Dane ad Bersabam, qui futuri sunt arena numerosiores, utque tu ipse inter eos praesens incedas. Tum eum adorti, ubi ubi erit, ro-

re

LIBER II.

117

re densius inuademus, ut neq; ipse, neq; eius comitum uel unus euadat. Quod si se in aliquod oppidū receperit, id oppidum uniuersit uel funibus cinctum in flumen ita euerriculabimus, ut ne calculus quidē relictus fiat. AB. Melius est istud consilium, quā Achitophelis: obtemperabit tibi.

SENTENTIA.

Impiorum prudentia bonis pernicioſa est, piorum salutaris. Impijs fauere & consulere cōtra piōs, impium est. Rurſas impios ad piōrum salutem deciperē, piūm est, & iſis etiam impijs utile. Minus enim graues pœnas Deo dabunt, si piōs non occiderint.

AB SALOMVS. 2. Reg. 18.

ARGUMENTVM.

Absalomus ex prelio elapsus, de quercu eri nibus pendens, à Ioabo necatur. Huius audita nece David ſeſe afflīctat: & à Ioabo propterea obiurgatur.

Miles, Ioabus, Achimaas, Chusis,
Speculator, Dauid,

Quidam.

Cum persequerer fugientes & dissipatos homines, Absalomum ita cæſare pendente de quercu. Si vidisti autem cur non eum ad terram deturbatum occidisti. Nam meæ partes fuissent, decem te argenteis numis & halloeo remunerari. M. Spona. C. 1. 3. Ego

118 DIALOGI SACRO RVM
fentes. Ego uero si mihi mille numi in manu annumeren-
tum, non sim manus filio regis infecturus. Nam auai-
entib[us] nobis precepit rex tibi. Abiseog. Et teo,
spicere ut adolecenti Abrahomo caueretis: ne cum ut ego
tis, tam perfidiose, tanto cum uile meo periculo face-
rem. Nec enim res lanta regi ignota esse posset. Ve-
rum iam ag cum uenturum est: tu ipse uide quid ti-
bi agendum distesa. Videbis me non ita cunctan-
tem. Non ergo boni parentis peruerteria progenies. Ac
cide haec tria tela de mea manu, recidam mediu[m]
cundam. Tuis Vos met armigeri, circumfui cum conficie-
tes. Tu preceo, coniectum bellum est, cane receptui, ut
iso du... uā pra... a persequendo reuocentur milites. A. Vis ne igi-
corpo-
bite, ui-
at ho-
ftes. ne feceris hodie, alias facies: hodie quidem non es
iucundum allaturus nuncium, propterea quod re-
gius filius est mortuus. Tu Chus[us], i ad renuncian-
dum regi, quod uides. c. Libenter, quidem
cursim. a. Quid si ego quoq[ue] Chusim cursu con-
sequar? I. Cur consequaris fili? non es obtenturus
euangelium. a. Sed quid si consequar? I. Per me
licet. a. Curro, facile Chusim anteuertam. I. Nos
uerò hoc Deo hominibusq[ue] iniuisum caddauer in hac
uastam uoraginem in hac sylua detrudamus, et la-
pides insuper cumulate exaggeremus, ut tam nefas-
rium facinus memoria ac nomine loci notetur. Nam
talibus

LIBER II.

119

libus sunt digni monumentis, qui mortem eis machinantur, quorum beneficio uitā sunt adepti. S.P.
Heus rex, video hominem huc accurentem, solum.

D. Si quidem solus est, boni aliquid portat. S.P. Video item quendam alium currentem, etiam solum. D. Is quoque letum nuncium affert. S.P. Ex cursu priorem coniūcere uideor Achimaam esse, Sadoci filium. D. Virum bonum nominas, de nuncio leto uenit. A. Salve rex: & simul agendas Iouæ gratias existima, cuius auspicio subacti sunt, qui in te arma sumperant. D. Saluus' ne est adolescentis Absalomus? A. Magnam hominum turbam uidet, cum me hoc mitteret Iobus: ceterum quid sit, nescio. D. Recede, consiste isthic. C. Regem plurimæ salute & læticia impertio, cuius Deus hostes omnes hodie ultus est. D. Saluus' ne est adolescentis Absalomus? C. Utinam sic sint omnes tui hostes, o rex, & quotquot tibi malum machinantur. D. Fili mi Absalome, fili mi, fili mi Absalome, utinam ego pro te sim mortuus. Absalome fili, fili, heu me miserum. C. Luctum attuli, non læticiam: nec solum regi, qui audito interitus filij, se coniecit in cenaculum portæ, ubi in luctu sit, & se afflictet: sed etiam populo uniuerso, cuius læticiam auditæ regis tristitia, in incerto em-conuertet, sed video Iobum huc aduenientem: stomachatur. L. O' lepi lum regem, & dignum cuius adhuc uiuat

h 4 filius:

Hoc per iecturam
cic David,
quidē qui
a apport
currere
lēti. in quo
lerrimus
que facil
exteris fo
ante curri
f Boni bo
libenter l:
nunciant:
g Victo
donum
est.

120 DIALOG. SACRORVM

filius: ubi nam est? Q. Sursum est. I. Quem ego nisi sed me comprimam. O turpe spectaculum. Itane uero David & siccine tuos omnes hodie dedecras? & eorum honestissimam uictoram, in fediſſimum luctum conuertis? qui te, tuosq; liberos, & uxores, & uxores, tum iustas, tum h^o concubinas, à crudelissima morte uindicauerunt? At non oportet (quod tu facis) ita amare inimicos, ut oderis amicos. Nunc quidem facias? & cile ostendis, te tuos omnes & nobiles & ignobiles pro nihilo habere. Nam equidem compertum habeo, te i unius Absalom salutē nostra omniū morte upere ut uelle redemptam. Verum age, prodi, & tuos affare omnes us mor- leniter. nam per Deum immortalē, nisi tu prodeas, effemus, efficiam ut ante noctem omnes ad unum à te deficiamus. Abſalo ant: quo grauius malum nullum unquam in uita tibi euenerit.

SENTENTIA.

Honora parentes tuos, si uis uiuere diu. In dignus est uita, qui in autorem uitæ suæ ingratuus est. Dignus est infami morte, qui bonum malo pensat. Ardentem amorem ne summa quidem iniuria extinguit.

BERZEL'AE V S. 3. Reg. 19.

ARGVMENTVM.

Berzelæum pro eius in se meritis uult Dauid in aulam ducere: Sed illo propter secundam recusante, abducit eius loco Chamaenum.

Ber-

Berzelæus,Dauid.

Salue,nobis tandem redite Israelitarum rex. d.
So salue multum Berzelæe,homo de me mul-
tum benemerite. Traicies tu mecum Iordanem: ego te
apud me alam Hierosolymis. b. At quot annos na-
tus,ut cum rege Hierosolymam ascendam? Ago nuc
octogesimum annum: ^a potero ne bonum à malo di-
scernere? potero ne cibo & potione delectari? aut
fidicium,fidicinarum ue cantus audire? quid opus
est ut tibi amplius sim oneri? Liceat mihi tecum pau-
lulum trans Iordanem progresso(cur enim tanto me
cumules beneficio?)liceat inquam reuerti,et in mea
patria finire uitam, inq; meorum parentum sepul-
chro humari.Cæterum hic Chamaamus tecum per-
get:hoc tu uteris,ut tibi uisum erit. d. Ergo traïj-
ciat Chamaamus,^b ego eum omnibus beneficijs orna-
bo,quibus ornandum esse iudicaueris:tibi q; omnia
præstabo,que à me expetueris.

SEN TENTIA.

In homines pios & gratos bene conferuntur beneficia.

BETHSABA.

3,Reg.1.

ARGUMENTVM.

Bethsaba,de Nathanis cōsilio,à uetulo Da-
uid impetrat,ut rex creetur Solomo.

h 5 Nathan

^a Senectu
iudicio e
citur,& u
ptatum i
nus capar
est.

^b Etiam
cis, bene
nobis me
rum grat
referre
cij est.

Nathan, Bethsaba, Dauid.

Banaias.

AN non audivisti, Bethsaba, Adoniam Hagi-th^e filium, regem creatum esse, inscio domino nostro Dauide? Age dabo tibi cōfiliū, quo tue, tuiq^{ue} filij Solomonis uite consulas. Conueni regem Dauidem, & ex eo quere qui fiat, ut cum Solomoni filio tuo regnum post se, soliumq^{ue} suum fit pollicitus, nunc regnet Adonias. Ego te adhuc cum eo colloquente, ingrediar post te, & tuam orationem complebo. **B.** Bene consulis, adeo cum. Salve rex. **D.** Quid uiss^e **B.** Domine, tu mihi per Iouanum tuum iurasti, Solomonem filium meum post te regem fore, & in solio tuo sessurum. Atqui adonias, te nesciente, regnum inuasit, bouesq^{ue} & altilia, ovesq^{ue} & capras magna copia immolauit: ad quas epulas cū regis omnes, Abiatharemq^{ue} pontificem, & exercitus ducem Ioabum inuitauerit, Solomonem tuum non inuitauit. In te autem, domine Rex, omnium Israëlitarum oculi sunt intenti, ut eis significes, ecquis sit in solio tuo post te sessurus. Te quidem uita defuncto, mecum, & cum meo nato Solo monē pessime agetur. **N.** Salve rex Israëlitarum: Iussisti ne Adoniam tibi in regnum succedere? Nam is quidem, hodie rus descendit, pecoraq^{ue} multa mactauit: & cō regis omnes natos, exercitusq^{ue} duces & Abiatharem pontificem uocauit, qui nunc a-

pud

Sepientio

SO

adoniam Reg-
e, iusta domi-
filium quo tunc
Conseruen-
t cum Salomo-
nus suum si polli-
ducum co cel-
orationem con-

um. Seluere.
nbi per Iona-
m meum pot-
n. Atque ad-
ouesq; & Ali-
a immolauit: al-
laturemp; post
inuitauerit. So-
e autem, domine
funt intenti, ut
est te seffire. Tu
am meo navi Sol-
rex fructuari
n fuccederet. So-
corasq; mulier
exercitusq; duc-
ans, qui non

LIBER II.

223

pus eum epulantur, Adoniamq; regem salutant: me
uerò, & Sadocum pontificem, & Banaiam loiadæ
filium, & Solomonem tuum, non inuitauit. Velim
exte scire an hæc res te autore fiat, neque tu mihi
significaueris ecquis sit in tuo solio post te sessu-
rus. D. a Euocetur huc mihi Bethsaba. Audi Beth-
saba. Per Iouam immortalem, qui meā uitam ex tot
angustijs eripuit, quemadmodum tibi Iouam Deum
Israelitarum iuraui, Solomonem filiu tuum post me
esse regnaturum, & in solio meo pro me sessuru, sic
hodie faciam. c. Vitam regi Dauidi precor sempis-
ternam. D. Conuocentur huc Sadocus pontifex,
& Nathan uates, & Banaia loiadæ filius. N. Ad-
sumus. D. Adhibete uestrros conseruos: & Solomo-
nem filium meum mulæ, quā habeo, impositum, de-
ducite Gehonē: cumq; ibi tu Sadoce, & tu Nathan,
regem Israelitarum ungitote: tum tuba clangitote,
& Solomonem, regem salutatote. Deinde uobis se-
quentibus, ipse uenito sessum in solio meo, pro me re-
gnaturus. Hunc enim tum Israelitarum, tum Iudeo-
rum imperatorem esse iubeo. A. Faxit Ioua Deus
tuus, domine rex, ut quemadmodum tibi adsuit, sic
adsit etiam Solomoni, eiusq; solium etiā supra Daui-
dicum extollat.

a Recessus
uidelicet pa-
lii per Beth-
ba, in aduen-
tu Nathani

SEN TENTIA.

Sapientioris consilium sequi, sapientia est.

S O L O M O N . 3. Reg. 3.

ARGV

ARGUMENTVM.

Duarum meretricum litem, de oppresso
per somnum alterius infante contendentiū,
dirimit Solomo diuina sapientia.

Meretrix, Solomo, Alter-
ra meretrix.

TVam fidē imploro, ô rex: audi me paulisper.
S. O. Quid nouē rei est: loquere. M. Ego
et hæc mulier in eadē domo agimus, & utraq; pepe-
rimus: sed ea traxit post me. cumq; domi essemus,
neq; quisquam præterea adesset, mortuus est eius fi-
lius noster, ut forte incubuit ei? Itaque media nocte
surrexit, & surrestum meum filium, qui meo lateri
accubabat, supponuit sibi: sūlum autem mortuū a mi-
hi me dormiente. Mane ubi me erexit, mammam in-
fanti datura, video mortuum. Hic ego, cum iam di-
luxisset, dum eum diligenter contempler, animad-
uerii non esse eum quem pepereram. A. Non ita
est. quim meus est qui uiuit, tuus qui interis. M.
Imō uero tuus mortuus est, meus uiuit. A. Men-
tiris. M. Non eniuero mentior, sed dico quod res
est. S. Vtraq; suum esse affirmat eum qui uiuit, de
mortuumq; repudiat. Cedo hoc mihi tu cultrū, par-
timini & equaliter puerum uiuentem, & date utriq;
dimidium. M. Obscro te rex, detur ei potius totus,
quam intereat. A. Nec meus esto, nec tuus: placet
diuidi

diuidi medium. s. Eum adiudico priori, que pe-
rimi uerat: nam ea mater est.

SENTENTIA.

Ad plerasq; lites dijudicandas opus est di-
uina sapientia. Iudici multa simulanda sunt,
ut sapienter iudicet. Et uerum & factum amo-
rem res ipsa detegit.

ROBOAMVS. 3. Reg. 12.

ARGUMENTVM.

Roboamus repudiato senum fano consi-
lio, iuuenum infanum consilium sequitur, de
opprimendo maiori insuper seruitute popu-
lo, quam ipsius pater Solomo opprescerat.

Roboamus, Senes,

Iuuenes.

Petiſt à me uniuersum Israelitarum uulguſ, ut
quoniam meus pater iugo eos preſſet, ego
illius seruitutis grauitatem leuarem: Se enim ita de-
mum mihi obedituros. Nunc ex uobis, senes, ſcire
uelim, quid mihi ſuadeatis ut eis repondeam ſuper
hacre. s. **S**thodig populo obsecutus fueris, eiq;
obtemperans humane responderis, habebis eum ſem-
per obtemperantem. r. Audio. Nunc exite pau-
lisper foras. **b** Introducantur iuuenes, & quales mei,
mecumq; educati. Quid mihi autores eſtis iuuenes,
ut populo repondeam, petenti ut ſibi à grauitate
ſeruitutis, qua ſint à patre meo opprefsi, relaxem
aliquid?

duo pectora in uno ambulatorio
126 DIALOG. SACRORVM

aliquid? I. Tu uero respondeas tuorum membrorum
minimum etiam effe quam tu parentis suendum
corporis truncum. Quod si ille eos gravi iugo pres-
sis, te pressurum graviore. Si eos scutis cecidat, te
eos scorpolonibus concisurum. & Probe, testrum mihi
consilium magis probatur, quam senum, itaq; id
sequar.

*Lect. 200.
Die 11.
nn*

vixit Elias sententia.
Senum proprietas prudentia iuuenū temo-
ritas. Sculti stultorum consilijs libenter obse-
quuntur. *Die folij*

SAREPHTHANA. 3. Reg. 17.

ARGUMENTVM.

Elias missus à Ioua, Sarephthanam mulier-
culam, perpetuata eius farina & oleo, à fame
tuetur.

Elias, Sarephthana mulier.

Hec mulier, quæso te ut petas paululum aquæ
in aliquo uasco, quod mihi divenientum des-
s. Ego uero & perlibenter. E. Sed heus afferto te-
cum & frustum panis. S. Ego uero (Iouam Deum
tuū immortale testor) coctū no habeo: sed tantum fa-
rine pugillū in cado, & olei pusillū quid in ampul-
la. Nunc colligo paululum ligni, ad id quod habeo,
mihi meisq; liberis parandum: quo coniuncto, su-
perest ut si one pereamus. E. Bono es animo, i fa-
ctū ut dicasti. Sed mihi prius depsiticium inde conse-

*etum
rānt
fingit
en*

RORVM
nurum mactum
parentis mactum
grauis p.
fantes fidei.
Proprius regnum
am ieiunia, magis
libenter oblate
3. Reg. 17.

LIBER II.

Hunc offerio, deinde tibi tuisq; liberis facturg. Nam
hoc tibi à Ioya Israelitarum Deo confirmo, non pro
us farmae cadumi & olei ampullam exhaustumiri, alia
quam Ioua^r terram pluvia irrigauerit. s. Faciam a Hoep
ut iubes.

S E N T E N T I A.

Tenues & famelicos respicit Deus. Tenues
& famelici multo & facilius credunt Deo,
quam p̄tentes & saturi. Primitæ debentur
Deo & suis. Deus eorum laborem felicitat,
qui Deo primas tribuunt. Feliciter habet, qui
Deum habet, quantum cung; habet.

E L I A S. 3. Reg. 18.

A R G U M E N T U M.

Elias cum latuisset tres annos & sex mēses,
quo toto spacio nō pluerat, inuentus ab Ab
diz, uenit ad regem Achabum: & conuocatis
Baalis Lucanisq; uatibus, constituto inter
ipsos & Eliam certamine de litatione, cum il
li litare Baali non potuissent, ipse Ioua^r litat:
deinde uates illos necando curat. Postremò
consenso móte Carmelo, pluiam imperat
a Ioua.

Abdias, Elias, Achabus, Popu
lus, uates Baalis, puer

M ^{adū} Eliæ. ^{in quæ} ^{ad quæ} ^{ad quæ}
l sit me rex ad quæcā tota regione aquā
si forte grāmē muenire possumus, quo tolē
remus

128 DIALOG. SACRORVM

remus equos ex mulgo, ne iumentis trahemur. Ipse
 rex alia via eiusdem rei gratia projectus est: iam
 enim tres annos & amplius nulla fuit pluvia: itaque
 omnia peraruerunt nec usqua uirilitas illa potest
 inueniri. O Elia, tue preces nobis intercesserint hanc
 siccitatem: que non nisi tuis eiusdem precibus finiri
 potest, sicut ipse minatus es. Quod nisi pateris in-
 ueniri te, actum est, peripm. Sed video uenientem
 hoc hominem hirsutum, qui haber latera cincta cin-
 gulo pelliceo. Fallor ne an is est ipse Elias? Certe
 uidetur. Heus tu ne es dominus Elias? E. Sum. I
 nunciatur domino tuo, adesse Eliam. A.B. Nunciatur
 uero? quid peccavi, ut tu me Achabo necandum
 obijcas? Iouam ego immortalem iuro, Deum tuum,
 q; enim in
 nnia totius
 bis regna,
 d in pluri-
 a dimisera-
 Achabus.
 in rebus ad
 rsis que-
 nt interdu-
 tum eam, adesse Eliam? qui postquam a te digres-
 ipij pios, sus fuero, auferet te Ioue spiritus nescio quo. Ego
 os ante in-
 festarunt.
 Tyranni ex te non inuenierit, interficiat ab eo. Et tamen Ioue re-
 nicturis, uerens fulguris: nisi forte tibi relatum non est,
 imine no sa
 coperto, quid ego Iezabele uates occidente fecrim, ut co-
 pe infon rum centum abdide im in duabus caueris, uideli-
 s damnare
 solet. cet in utraque quinquaginta, & eos pane & aqua
 aluerim.

LIBER II. *il gang* 129

aluerim. Et tu mihi nunc iubes, ut eam ad nuncian-
dū domino meo, adesse Eliā, quo me interficiatē.

Sic uiuat armipotes Ioua, cui ego apparere ac mi-
nistrare soleo, ut ego me Aghabo ostendam hodie.

A. Postquam istud mihi ita confirmas, ibo. Salve
rex: inciai in Eliā. A. In Eliā autem? A. B. Ita. A.

Eliam tu inuenisti? A. B. Eum ipsum. A. Quaso
te, adest Elias uates? A. B. Adeſt Elias uates. A. Duc
me ad eū continuo. A. B. Eamus hac inueniemus.

Atq; eccū tibi obuiam. A. Tu ne is es, qui pertur-
bas Israélitas? E. No ego Israélitas perturbo, sed
tu, tuaq; paterna familia: qui omib; Ioua prece-
ptis, Baales sequimini: que causa fuit, ut Ioua uobis
istos ardores immiscerit. Verum cur a mīhi conuocan-

dos omnes Israélitas in montem Carmelū? Baalisq;
uates quadringētos quinquaginta: & lucanos ua-

tes quadringētos, Iezabelis coiuctores. A. Fiet ita.

Adsum quos iuisti Elias. E. Audirequerò Israélites.

Quousq; in utruq; crux claudicatis? Si Ioua Deus
est, hunc sequimini: si Baal deus est, Baalem sequi-

mini. Nihil ne respondetis? Ego unus Ioue uates su-

persum, cū Baalenses uates sint quadringenti quin-

quaginta, lucorumq; uates quadringenti. Dentur

nobis duo tauri, quorū unum illi sibi deligant, dispe-

cent q; & lignis imponant, neq; ignem subiificant:

alterum ego immolabo, superq; lignis collocabo,

neq; ignem supponam. Tum uos dei uestri nomen

appellate?

130 DIALOG. SACRORVM

uis sit ne appellate: ego loue nomine appellabo. Ac ^b qui Deus
Deus, pa- igne de cœlo demissō annuerit. Seq; exoratum ostendit
ex ueris derit, is Deus habeatur. Placet uero agit, ita
operib.

fiat. Vos igitur Baalis uates, deligite uo-
bis taurum alterum, & priores facite, quoniam plus

res estis, deiq; uestri nomen inuocate, nullo igne sub-
iecto lignis sacrificalibus. Ut Accipimus condicio-
nem. Macemus taurum, imponamus fructa lignis.

O Baal, exaudi nos, o Baal demitte ignem de cœ-
lo, quate Deum esse ostendas. Baal Baal. o Baal,
o Baal, prepotens deus. Baal o Baal deus noster:
noli committere ut unus loue uates plus possit a-
pud Deum suum, quam nos octingenti quinquagin-
ta apud te. Effite Baal, ut quoniam te plures colunt
quam louam, maiores etiam uires habere videaris.

O Baal Baal Baal o Baal: non audis nos? Non
terite coluimus hactenus? quid in te comisimus?
non uis tuus uires offendere? Quo plures habes
cultores, non ne equum & eo te magis exorari?

Baal, o Baal, nisi nos exaudis, actum est de te, deq;
tuo populo. Vix hic loue uates tuum cultum
vix abolebit. Quis te colet, o Baal? quis te deinceps ado-
rare uoleat, o Baal, o Baal, quis te non contem-
net, & pro nihilo ducet, si nos in tanto discrimine
non exaudiueris? in quem uero magis necessarium
ut uis rescrubabis tuam potentiam? Nos te inuocamus,
nos aram tuam prætergredimur: & iam meridies est,

mea gressus ab eo

neg

LIBER II. ad orationem

132

neq; tu respondes, aut exoraris. O' Baal Baal, Baal,
 ô Baal noli perdere nos. E. Clamate maiore voce.
 Certe enim deus est: sed forsitan aliquid altius con-
 templatur, et animo agitat, quam ut possit istas tantas
 exiles voces audire: aut occupatus est, aut iter ha-
 bet: nisi forte dormit, ut sit expergescienda.
 Heu Baal deus noster, quid amplius tibi faciemus?
 ô Baal, ô Baal, ô Baal. E. Euge, recte, secate uos
 isto modo gladiis et custellis, ut à uobisipsis cruentia
 ti, misericordia Baalis excitetis. Sed nihil respödet,
 nec attendat uestrorum clamores. Surdo cantis. Agite
 iam omnis populus, accedite ad me. Instauremus
 aram Ioua, que dirutâ est. Et saxa duodecim capia-
 mus, pro numero tribuum filiorum Iacobi. Ex his
 saxis aram Ioue uomine construamus, et circu eam
 ducamus profundam scrobem. Agite componatur
 strues lignorum, mactetur taurus, et superimpona-
 tur. Recke est. Replete quatuor amphoras aqua.
 Et eam in hostiam, inquit, seruem effundite. Iterate idem,
 tertiate. Bene est. Redundat aqua circum aram,
 ipsaniq; scrobem repleuit: si quid fraudis subesse pu-
 teris. Nunc, ô Ioua, Deus Abrahami, Isaaci, et Israe-
 lis, effice ut hodie intelligatur apud Israelitas, et te
 Deum, et me seruum tuum esse, tuoq; iussu haec o-
 mnia fecisse. Exaudi me Ioua, exaudi me, ut sciat hic
 populus te Iouâ esse Deum, qui eoru animos retro fle-
 keris. P. O' rem miram, ignis delapsus à Ioua, et
 hostiam,

132 DIALOG. SACRORVM

hostiam, & ligna, & saxa, & humum absumpsi, et
offens
 tiam im-
 loue ope
 magnitu-
 uicti, eū
 tentur et
 e Deum.
 cepto-
 upplicio
 gni sunt.

scrobi aquam lambit. Ioua Deus est, Ioua Deus
 est. E. Si gitur louam esse Deum agnoscitis, & ad
 terram proi idoratis, comprehendite Baalenses
 uates omnes, qui uos a loue cultu magno uestro ma-
 lo auocarunt. Cauete ne quis omnino euadat. Agite
 ducamus eos ad Cisjordanum fluuium, iugulentur hic ua-
 ses omnes Baalis, ne quem deinceps a ueri Dei cul-
 tu possint auertere. Perire populi deceptores, corru-
 ptores atq[ue] pestes, & dignas præstigij uestris poe-
 nus date: ut deinceps adoretur er in honore habeat-
 ur is unus, cui debentur omnia. Nunc Achabe, ascen-
 de: & i ad capiendum cibum. sentio enim iam adesse
 murmur pluiae. Ego ascendam in uerticem Carmeli.
 Sequere me puer. P.V. Faciam here. E. A
 ge iam puer, dum ego hic in summo Carmeli uigo
 maneo, i spectatum mare uersus: & mihi quod uide-
 ris, renunciatum uenito. P.V. Libenter here. Feci
 here: neq[ue] quicquam uidi. E. Reuertere eodem
 septies. P.V. Parebitur. Iam iterum uenio. Iam
 tertio. Iam quartio. Iam quinto. Iam sexto. Super-
 est ut septimo speculatum eam. Here, uidi nubecu-
 lam instar palmæ hominis ex mari effterri. E. In-
 stat pluiae. Inuiciatum Achabo, ut iunctis iugali-
 bus, in urbem descendat, ne a pluia opprimatur.
 P.V. Eo. E. Ego succinctius lateribus ei lezrael
 precurram. P.V. Salve rex. Iubet Elias, ut prope-

LI
 equos,
 opprimat. A.
 uerberat.
 euademus.

S.E.
 litorum
 tum polleant
 uanum eorum m
 uatores. Praes
 es. Præsentem
 scueritati cadi
 si sunt omnia, p
 Spe magis uni
 paucorum est sa
 minum, quaq[ue]
 que tandem i
 Nonquam no
 aliquis, genos s
 qui charitatis ig
 solitarum prec
 deinceps solus. I

MICH

ARG

Achabo uis
 uates, ut Ramo
 adoratur fore e
 as uates contra
 coadiuvi in vici

S. Ioh. viii. 31. v. 32. p. 135.

LIBER II. 135

*re iungas equos, et te in urbem recipias, ne te plu-
via opprimat. A. Agite mei, festinemus. ingruit plu-
via: nigrescit cælum nubibus, atq; uento. propere-
mus: uix euademus, quin made fiamus.*

A

SEN TENTIA.

Iustorum preces incredibile dictu quantis ad uitum polleant apud Deum. In iusti iustos accusant eorum malotum, quorum sunt ipsi met autores. Præsente Elia, nihil possunt Baalenses. Præsente Ioua, torpet Baal. Ut nox diei, sic ueritati cedit mendacium. Impiorum plena sunt omnia, piorum exiguis est numerus. Sæpe magis uni credendum, quam mille: nam paucorum est sapientia. O' cæcum genus hominum, quando tandem hæc uidebitis? aut que tandem lux penetrabit istos oculos? Nunquam ne nisi sero-sapietis? Utinam adhuc aliquis, igneo spiritu igneaque oratione Elias, qui charitatis ignem de cælo deuocet, quo nostrarum precum sacrificia exardescant, ut deinceps solus Ioua extollatur.

MICHAEAS. 3. Reg. 22.

ARGUMENTVM.

Achabo Israëlitarum regi consulunt falsi uates, ut Ramotha Galaditicam urbem bello adoriant. fore enim, ut ea potiatur. At Michæas uates contrariū prædictit, eamq; ob causam conciliatur in vincula.

3

Achabus

134 DIALOG. SACRORVM
Achabus Israélitarum, Iosaphatus Iu-
dæorum rex, Vates, Nuncius,

Sedecias, Michæas

Adsunt hic Vates, Iosaphate, plus minus qua
arrigenti, quos ad explorandam Dei uolun-
tatem censuisti, accerfendos. 10. Vide superest ut
eos interroges. A. Quid mihi autores estis, uates? ce-
setis ne ut bello Ramotha adoriar. s. ac incepio de
siftam. v. A. Nos vero censuimus ut adorariis, nam
squalis uictoriām tibi auimus Dominus. l. a. Nunquis pra-
terea hic est loue uates, ex quo sciscitemur? a. c.
falsi ua- Eſt item unus, sed quem male odi: quoniam nihil
tes.
apij quia
atē ode
ueridi-
juoq; o-
derunt.
destare
chenſio-
ing alii
in huc
eriq; mu-
linem fe-
traces ue-
enō ho-
um multi-
ne mo-
uentur.
S. Non deceat regem ita lo-
qui: sed iube eum acciri. A. Tu sicut hic no-
bis propere Michæam. n. v. Ita faciam. s. Vides
ne hæc Achabe cornua ferrea, que ego fero? Hoc
tu modo quasi corru petes, & fuisse Syros, ad in-
ternacionem; ita ubi per me futurum pollicetur
Deus. v. Ita prorsus fuit. Aggedere Jane Ramo-
tha, feliciter pugnabis, eamq; Dei beneficio capies.

N. Ceteri quidem uates omnes, Michæa, regi uno
idam cœ- ore felicem successum promittunt. Itaq; censeo, ut
sent. tu quoque ei bene omiseris, quemadmodum ipsi.
m. At ego Deum immortalem iuro, me ea solum
dicturum, que mihi diuinis inspirata fuerint.
A. Michæa, que est tua sententia? arma ne in
Ramotha

pollio nunc frumentis angustis

LIBER II.

135 —

Ramotha inferimus, an non? M. ^f Quid ni infe- flironia
ras iam tibi uigoriā annuit Ioua. A. Quousq;
tandem mibi illudē? Te etiam alque etiam obtestor
per nomen Iouæ, ne mibi quicquam nisi uerum di-

Cas. M. ^g Nunc uerum audies. Vidi omnes Israëlitas
palantes in montibus, sicut ques sine pastore solent.

Atq; Ioua: Non habent isti dominos, inquit: redcant
suam quisq; domum, cum bona pace. A. ^b Dixi' ne
ego tibi, cum nihil minuisti infastum prestitu-
rum? M. Igitur audi certissimum oraculum. Vi-

di Iouam in solio suo sedentem, omni coelesti exer-
citū dextra levata, stipatum, atq; ita dicentem: Ei-
quis mibi in errorem inducet Achabum, quo Ra-
motha, ibi castus, iudicat. Cumq; aliud aliud dice-
ret, proceſſit quidam spiritus, qui stans ante eum:

Ego, inquit, facturum me recipio. Cui Ioua: Quo-

'nam modo? Tum ille: Aspirabo falsa omnibus eius
utatibus, que dicant. Proba, inquit Ioua, succedet: ag
gredere negocium. Nimirum ex his liquet, omnes

istos tuos uates esse falso spiritu afflatos, & Deum
tibi male cogitare. S.E. ^c Accipe colaphum p̄x
isto tuo mendacio. Nam qua ratione diuinum nu-

men, cuius tu inſtincte loqui simulas, à me emi-
grauit, ut te docuerit? M. Tum scies, cum tre-
pidus te in intima penetralia penitus abdes. A.

Corripe Michæam, & eum deduc ad Amonem pre-
torem urbanum, & Ioam regium filium: et iube

i

Qui ue

uatibus ol

perare no

lūt, iij falsis

gni sunt.

k Falsis ua

bus nihil

audacius.

l Falsi doc

res cū ijs p

nas dabur

quos dece

riu.

mgo

136 DIALOG. SACRORVM

Hec dari
nt à prim
bus præ-
ueritati.
bi polli-
tur mali,
penes
m Deum
sunt.
Veritatis
scussa cō
stantia.

meo iussu^m in carcere conclaudi, atq; ibi pane alro
et aqua parcè ac duriter pasci, " donec saluus rede
am. M. ° Si quidem saluus redibis, nihil causæ est
quo minus dicar mentitus oraculum: atq; equidem
hoc clarissima uoce omnibus inculcatum uolo.

SEN TENTIA.

Falsi uates (quorum ingens est numerus) di
cere solent quæ placeant hominibus, & in pri
mis assentari principibus. Veri uates (qui pau
ci esse solent) assentari nesciunt, & improbis
semper dura dicunt. Et quoniam improbi in
hac uita dominari solent, sit plerumq; ut ueritatis
præmium uincula sint & necesse. Nam ob
sequium amicos, ueritas odium parit. O' mu
di potentes, utinam hæc in animos uestrós de
mittatis.

S V N A M I T I S.

4. Reg. 4.

ARGUMENTVM.

Elisæus ab hospita sua Sunamitide eratus,
eius filium reuocat in uisam.

Elisæus, Gihezis, Suna
mitis.

Ecce Sunamitidem illam, hospitam nostram,
Gihezi: curre ei obuiant, rogaturus utrum
ualeat ipsa, exiur, ex puer eius. G. Faciam. Sal
ue mulier: fatis ne saluas, et tuus maritus, &
puer: uigil ne. Valent: sed sine me peruenire
nisi uol. ergo quo

R V M
bi pane dro
e salutis rete
bil caseret
gr equidam
m uolo.

umerus) di
s, & in pri
s (qui pau
improbis
mprobilis
; ut ueni
Nam ob
O' mu
etnos de

ide eratu,

12.

itum nostrum
gaturos nunc
Faciam. Sal
us mariti,
ame pueri
Ergo p

L I B E R H .

137

quò uolo. G. Quónam próperas? s. Ad tuum
herū. G. Nescio quid noui uidetur accidisse huic
mulieri. Sed quid ista re est? Hic uolier, tu ne
audes pedes uatis completi? Apage. E. Sine eam: ^{Ex} ⁱⁿ
animo eius male est, quod me ioua celauit. s. b. Pe. 2 Deus n
omnia un
tigram ne à te filium, q[uod] non aamonueram, ne mihi
imponeret. E. Accingere Gihezi, et cape meum b. Aut c
baculum, atq[ue] abi: si quem offendis, ne salutato; sa
lutatus, ne resalutato. Vbi eo peruenenter, baculum
faciei pueri imponito. G. Eo. s. c. At ego
profecto nunquam te omittam, quim una mecum ue
terantia. E. Age sanè, tua uoluntati obsequar, prei,
iam te sequor. G. Here, feci ut iusseras; sed puer ne
que uocem edit, neque audit, neque potuit omni
no experges fieri. E. Ne trepida mulier, introe
mus cubiculum. Hic quidem plāne mortuus iacet
in meo lectulo. Exite foras, ex me hic relinquite so
lum cum solo, clausa ianua. c. Nescio quid ma
gnun expecto: nō abs re se se conclusit intus. s. Fa
xit Deus ut natum recipiat. G. Höspita. s. Quid
nouæ rei est? G. Salua, et uisus sum audire ster
nutantem puerum. s. Reuixi, si uerum predicas.
s. Heus Gihezi. G. Me uocat: quid est, here?
E. Accerse huc mihi istam foeminam. G. Te uo
cat. s. Adeo. E. Recipe iam tuum filium incolu
mem. s. O' diuine uir, quas tibi gratias agam pro
tanto munere! E. Deo hoc totum acceptum ferent.

i 5 duns

138 DIALOG. SACRORVM
dum est, mulier: nō mibi, qui per me possum nihil.

S E N T E N T I A .

Fides est omnipotens. Suorū preces, quam
uis maxima petentium, exaudit Deus.

N A A M A N . 4. Reg. 5.

A R G U M E N T U M .

Naaman Syrus ab Eliseo à lepra sanatus, ei
gratias agit, & dona offert: sed quæ Eliseus
non accipit. Deinde digressum Naamanè con-
sequatus Gihezius, Elisei famulus, ab eo pe-
cuniam & uestes aufert per mendaciū: eamq;
ob causam ab Eliseo reprehēsus, fit leprosus.

Naaman, Eliseus, Gihezis, mi-
nistri Naamanis.

R Euertor ad te Elisee: & meum tum in Deum
tum in te peccatum confitens, ueniam peto.
E Quid nam peccasti? N. Cum tu me per mini-
strum tuum iussisse corporis in Iordanē septies im-
mersionem, si à lepra (cuius depeleat ea causa uene-
ram) sanus esse uellem: primum indignatus sane sum,
et me tibiliter spicatum esse ratus, quod tantum admi-
nistrum ad me misisses. Nam speraueram te ipsum e-
xiturum, & in oscato Dei nomine manum loco ad-
moturum, & ita morbum sanaturum. Deinde indi-
gnum mihi uidebatur, tantum tribui uestris aquis, ut
eis Abana, aut Pharpar, fluvij Damasci, uestris ni-
bilo deteriores, essent ad me sanandum inutiles, lor-
danis

R VII
Iam nati
ces, quan
5.

anatus, si
e Elietus
nanus con
ab eo pe
fusca; q
eprolus,
mi-

om in Deum
eniam peto,
ue per mis-
septies in-
causa uer-
tus sane san-
cium alibi
un tempore
num loco al-
Deinde in-
stris aqua-
ci, uestris in-
mimiles, for-
dum

LIBER II.

danis tantam habere vim putaretur. Itaque abibam ^{gen 19,8} ira plenus. Quod nisi mei famuli fuisse me sapientiores, equalem medicinam repudiassem. Sed cum illi dicerent, ^{ad 11,10} utrum esse me, qui rem quamlibet magis ^{19,9} agnam salutis causa facturus essem, iam parua refugere tentauit quid possent aquæ Israeliteum, et ^{19,10} magis septies in Iordanem immersi quo fatto, illa sum (ut uides) sanatus, ut non sit pueri corpus artidulus, aut integrarius. a Quapropter intelligo iam, et confiteor, nullum in toto mundo esse Deum, nisi eum quem uos Israelite colitis. Itaque pro tam singulari beneficio, quæsto ut a me munusculum hoc accipias. E. Apagelis: ego ut munus accep- b Veri uat piam? N. At ne me repudia. Non equidem id quæ gratia facio, quo tibi tantum meritum remetiar, acceperua quod neque fieri potest. sed ut hoc dei in Deum, eadem gra et in te gratianimi pignus, apud te relin- dantur.

quam. E. Istum gratum animum apud te habeto: ^{Gen 19,10} dona ne addito. N. Atqui. E. Ne urge tantope re. Nam (ut tu semel scias) Deum immortalem iu- ro, cui ego appareo, atque administrabo nihil a te accepturum. S. Si ita decreuiisti, holo improbi- us instare. Ceterum oro te, ut hinc nishi terræ du- orum mulorum onus affortare liceat. nam statuimus deinceps nullis diis, praterquam uni louæ, adole- re, aut sacrificare. E. Laudo, affortato sane. N.A. Præterea est aliud, super quo te uelim con- sulere,

a Ex operi
suis cognos-
tur Deus.

140 DIALOG. SACRORVM

sustere. Solet meus dominus, quandocumq[ue] in a-
d[omi]n[u]m Remonis, adorationis gratia, commicat, meis
humoris inniti. ubi eo inclinante se, non possum
quum me quoq[ue] inclinem. Eam mihi rem Ioua igno-
scet, opinor. E. Ita. Abi cum bona pace. c.

Hem parfil dominus meus accipere oblata sibi ab
isto Syro munera? At mihi ita sit Ioua propitius,
ut iuri curru confequor, aliquid accepturus. Im-
minis ut abeat tam diues homo, tanto affectius be-
neficiis. Non convenient. N. Religioniq[ue] habeo,
rabil ei dedisse. Sed uideone eius famulum hu-
c curru contendentem? ipse est, quantum ex incessu
conuicio. G. E. curru defili, & mihi procedit ob-
uiam. N. Saluare omnia, puer? c. Pax. te tri-
bus uerbis uolo. Modo ad herum meum uenerunt
duo de uatum genere iuuenes, e monte Ephrai-
mitarum. Ex de causa rogabat herus, ut mihi ad
eos argenti talentum des, ex duas uestes de splen-
didiioribus. N. Imò uero duo talenta auferas: atq[ue]
utinam plura uoluisse, libenter dedissem. c. Non
est opus. N. Ne dubita accipere, erit aliquis co-
rum usus. Vos colligate hoc argentum in duobus fi-
scis: addite has duas uestes. Vos duo preferite ei has
sarcinas. Iubeto tuū herum meo nomine salutre plu-
rimum. G. Faciam. Vale. N. Et tu. G. O me fel-
icem, cui res tam bene succedunt. Ita hac iuuenes,
sequimini me per hoc obscurum ostium: deponite

locum, in e-
quitate, mis-
er, non possum
in longo-
tempore, c.
oblata scrib-
us propria-
cepturus, in-
d' effectu be-
topis babeo,
famulorum hoc
un exince, si
procedit ob-
Pax, tetri-

um uenerant

nite Ephraim

us, ut inibi ad

estes de splen-
do auferas. atq.

sen. c. Nos

erit aliquis ca-

via duabus f-

bregete alba-

re salutem pli-

g. Q. o' me fo-

thac tuuer,

ium: depa-

erit. s. b.

LIBER. II.

242

hic sarcinas. iam mihi nihil opus est uestra opera.
Quod reliquum est, ipse facile per me perficiam.
Abite. M. Vale ergo. G. Valete uos quoque.
Nunc res mihi bene gesta est, abscondā hic hūc the-
saurum, ubi cum nemo præter me sciat. Sed iam, ne
meus heros aliquid sufficitur, si nimis diu absim,
offeram me ei. E. Vnde noster Gihezis? G.
Nisi quām equidem iūti. E. At etiam aedes uelle
mibi uerba dare? quasi ego non una animo adfue-
rim, cum homo de curru reuertit tibi obuiā. Hoc
cine tempus est accipiendorum ullorum mūnerum?
improbē a te factum. Itaq; pro isto tuo peccato, le-
pra, qua liberatus est Naamā, in te, & in tua proge-
nie in posterūm hēredit. *Tempus*

SENTENTIA.

Bona spiritualia plerūq; aspernatur mun-
dus, quia splendo e carent, & apparatu mun-
dano. Ne famulorum quidem consilium con-
temendum est. Saepē etiam est olitor ualdo
opportuna loquutus. Dona spiritualia non e-
muntur precio carnali. Auaricia mendaces fa-
cit, & homines in miseriā p̄cipitat. Dei spi-
ritum latēre frustrā coneris.

HAZAE L. 4. Reg. 8.

ARGUMENTVM.

Hazaeli percontanti p̄dicit Eliseus mor-
tē Benadadi regis Syriae, & insuper ipsius Ha-
zaelis regnum, & sauitiam in Israelitas.

Hazaël,

142 DIALOG. SACRORVM

Hazaël, Eliseus.

Benadadus Syriæ rex, qui nunc æger est, misit me ad te, Elisee, ad percontandum de salute sua. E. Renunciato ei, eo morbo leuatum iri: & tamen loua mihi interitorum significauit. Heu. A. Quid tibi uolunt ista suspitiones, quæ fixa uultu, ita alie trahuntur? E. A Hazaël Hazaël, uideq; quantum tu uastitatem sis Israelitis illaturus. Tu eorum edificia incendes, tu iuuenes ferro trucidabis, tu pueros elides, tu grauidas mulieres discerpes. H. Ego ne uiliissimus homuncio, tantâ facinora potero? E. Ostendit mihi loua, te fore regem Syrorum.

SENTENTIA.

Pijs dolet populi Dei calamitas: quamvis meritò & diuinitùs illata.

IEHV S. 4. Reg. 9.

ARGUMENTVM.

Iehus ab Elisei pueru unctus rex Israelitarum, Ioramus Israelitarum, & Ochoziam Iudeorum regem, & Iezabelem Iorami matrem occidit.

Puer Elisei, Iehus, Duces, Speculator, Ioramus Israelitarum rex, Nuncius, Alter nuncius,

Habeo quoddam ad te mandatum, dux. IE. Quem nostrum appellas? E. Te ipsum, dux: ex nobis. secedamus

LIBER II.

143

secedamus intro. Ioba te, Iehu, Deus Israelitarum,
 hoc oleo per me ungit regem suorum Israelite-
 rum, iubetque ut Achabi domini tui stirpem truci-
 dei. a Statutum eam suorum omnium tum patrum, tum
 reliquorum sanguinem a lezabele expetete, univer-
 am: Achabi domum perdere: et eius memoriam,
 genusq; stirpitis ex Israelitis tollere: eamq; eo re-
 digere, quo Pedacta domus est Ieroboam Nabati
 filij, & Basæ Ahie filij. Lezabelem autem come-
 dent canes in agro lezraelano insepultam. Sed ego
 hinc fugacem proprie. DV. Quomodo seres ha-
 bet, Iehu? quodcum uenit ad te lymphatus iste? IE.
 b Hominem nostis, eius orationem. DV. Minime
 uero. Doce nos quid uobis dixerit. LE. Vnxit me
 regem Israeltarum de Ioue manu, cui certum est
 Achabum achatiq; domu per me uicel. SV. Sup
 ponamus probere regi uestes nostras, locis, eumq;
 collotemus in editissimo gaudiu. Tu prece propla-
 ma tuba, regem esse Iehum. IE. Nunc duces si
 uobis ita uidetur, caute ne quis ex oppido euadat
 qui huius renunciium lezraelē perficerat. Nos con-
 scendamus equos, et eō festinemus ire. Nam illic
 decumbit oramus, sanctorum uulnerum gratia,
 que in prelio contra regem Hazaelim à Syris ac-
 cepit: eodemq; uenit Ochozias Iudeæ rex, ad eum
 uisendum. SP. Video quendam hominum globum,
 10. Tu concende equum, et ei cursu profici ob-
 viam.

b Dum ly-
 phatum, l
 est bacch-
 tem appel-
 lis, facile
 telligere p
 er his eius
 quoq; ora-
 nem esse l
 phatam.

c Animad-

rendum

quām faci

illi sine i

suspitione

fraudis cr

derint.

144 DIALOG. SACRORVM

wiam, quære ut ualeat. N. Fiet. IE. Accurrit huc
eques quidam. N. Rogat rex, ut ualeas, Iehu.
IE. Quid ut ualeam? recede pone me. SP. Per-
uenit nuncius ad eos, neq; reuertitur. IO. Heus
tu, consende equum, & cōdem curre. N. Fiet.
IE. Accurrit huc alter. N. Rogabat rex, Iehu,
an ualeas. IE. Quid, an ualeam? recede po-
ne me. SP. Peruenit ad eos nuncius, sed non re-
uertitur. Incessus autem ferocitas, declarat esse Ie-
hum Namis filium. IO. Iunge currum equis, au-
riga: exanimus homini obuiā Ochozia. IE. Tan-
dem uenient ipsi reges, opportune. IO. Vales' ne
Iehu? IE. Quid, uales' ne? durantibus tot matris
tua Iezabelis stupris, & maleficijs? IO. Fugia-
mus Ochozia: circumuenimur. IE. Si quidem

poteris effugere: experientamen, an meus arcus
possit de regis corpore sanguinem elicere: hemiti-

bī, hic moriturus eras. Tu Badaccar triumuir, abij-
Locus &
s admonet
aculorum
Dei.

ce eum in fundum Nabothi Iezraelensis. nam me-

mini, cum allquando ego ex tu Achabum huius pa-

rii. trem in eodem curru sequetur, ei oraculo dictum

esse, iou sanguinem Nabothi, eiusq; natorū pri-

die eius diei respxisse: cumq; in agro eiusdem Na-

bothi, quem ille iudicio per calumniam oppres-

sisset, in illum vindicaturum esse. Quare sume

hoc cadauer, idq; in fundum abifice, sicuti ferunt lo-

uae dicta. Sed fugit Ochozias: persecuimi eum,

occidite,

Li
vile pereat ho
u. Paganus in
d'opressit totius
u' u' d' feni
u' f' m' m' n' n'
m' b' accidit Z
p' 15. Equis
p' precipitate eq
u' m' equis con
s' s' s' s'

Etiā subditos
types impios. Ad
u' Deum, domin
f' actum omnes i
p' plus seru

10

AR

loa Israelitar
dicit Eliq'us u'c
t' apuris.

loas rex II

H' Et pater p'

t' quidem n

al' t' t' t'

g' g' g' g'

Baden-Württemberg

LIBER II

occidit, pereat hoc ad flagitia concors hominum genitus. Pergamus in oppidum: pondum peracta ultio est. Superest totius mali sans Iezabel, qui iam uidere videor de senecta prossicieorem. At etiam futura est: mirum ni ut morti placeat. IEZ. Num quid bene accedit Zambrus, qui dominum suum inter fecit? Ecquis iste ame est? Recepit uos eius eunuchi precipitate eam. Peri scismaticarum impurissima, et amoris equis conculcare.

S E N T E N T I A.

Etiā subditos armat & excitat Deus in principes impios. Aequum est enim, ut qui aduersus Deum, dominū suum, consurgit, id-quot faciunt omnes impij aduersus eum consulantur ipsius serui.

I O A S. 4. Reg. 13.

A R G U M E N T U M.

Ioas Israelitarum regi se ægrotū uisenti predicti Eliseus uictorias, quas sit de Syris reportatus.

Ioas rex Israelitarum, Eliseus,

Hec pater patrie, heu columnus Israelitarum, tu quidem nunc cogeris. E. Non est certanda tempus. cape arcum & sagittas. I. Encepi, quorundam. E. Impone manum arcu. I. Fecit. E. Aperi senectram obuersam orientem. I. Aperit. B. Iaculare. Hem sic uolo, collimasti. I. est salutis

146 DIALOG. SACRORVM
taris nobis mortifera Syris sagitta quos tu in Aphe-
co. Dei praefato occidit. Sed perge por-
ro, cape sagittas. I. Cepi: quid tum? E. Feri
terram. O factum male, si quinque percussis,
aut sexies, tum poteris Syros delere funditus. Nunc
+ HU eos ter tantum superabis, quoties uidelicet terram
pulsavisti. po. of. d' y. Seg. 81

SENTENTIA.

In uate plus est presidii quam in exercitu.
Vatis mors est & regi deploranda. Fata abstru-
fa sunt. *Dicitus magister Iona pio*

I O N A S. Iona.

ARGUMENTVM.

Vexati tempestate nautæ, inuocatis frustra
dijs, factaque iactura, Ionam uatem excitant,
qui in nau dormiebat. Deinde sorte iacta, ut
eum sontem & tempestatis causam esse depre-
henderunt, iaciunt in mare, ipsiusmet admoni-
tu. Ita pacatur tempesta.

Nauclerus, Nautæ, Ionas.

PRO Iupiter, quanta fuit tempesta? quanti
undarum fluctus nostram nauem undiq. uer-
berant? Dicas Neptunum & Aeolum, omnesq;
ad eò deos in nostram coniuruisse perniciem. Ne
se uit tantopere aquarum prepoteus Neptune: ne eos
perde, qui se tuæ fidei mandauerunt. Tuq; o Ae-
ole, cui potestatem in uentos dedit Iupiter, cohibe
tam

lam effrenatum eorum impetum. NAVT. Dij
 immortales, quid habetis in animo? buccine uenisse
 nos, ut tam miserè periremus: Parcite, quæsumus
 parcite: nos uobis sacka faciemus, tibi Neptune tau-
 rum, uobis agnam Tempestates mactabimus: tan-
 tum liceat hinc saluis evadere. AL. Lede proles
 Castor & Pollux, amica nautis sidera, obsecro ue-
 stram fidem, reddite nobis mare tranquillum, red-
 dite amicam celi serenitatem! NAVC. Nihil a-
 gimus, uideo tam furdi sunt dij, quam est ipsum ma-
 re. NAVT. Quia superest! NAVC. Ut ia-
 cturam faciamus. NAVT. Durum. NAVC.
 Sed necessarium. extremo autem malo extrellum
 adhibendum est remedium: atque utinam uel sic eu-
 deret liceat. Festinate, deiçianus has merces. Pre-
 stat rem perdere, spem aliquam retinentes, quam
 cum re certum exitium expectare. Vos à celi ma-
 risq; potentes dij, este saltem contenti hac nostra
 miseria: quid mortem in super minamini? Hei mihi,
 magis magisq; furium uenti, ingratiscit tempe-
 stas: irritantur superi non placantur nostris uo-
 tis & precibus. Quo tam, quo me uertam? Erathic
 nescio quis peregrinus? ubi nunc est? NAVT.
 Dormit ad uimum nauis latius. NAVC. O su-
 pinam securitatem. Heus, heus peregrine, quæ
 tandem dormiendo modum facies? potes in tan-
 to periculo indulgere somno? quintu surgis, &

k 2 tuum

148 DIALOG. SACRORVM

tuum in hoc temporis articulo Dei invocas: si quis
 forte superum existat, qui hoc a nobis malum auer-
 tat, et presens auxilium ferat? NAVT. Frustra
 laboramus: causa tanti mali peregrinata est. Opor-
 ant nimiriū, epistles in
erdū ob ho-
nūm pec-
ata excitari
 tet aliquem hic adesse, qui se nefario aliquo scelere
 obstrinxerit, propter quem tantopere irascantur
 dij. Sortiendum est quis sit in causa. NAVC. Pla-
 cet: ducantur sortes. Euge, sors hunc peregrinum
 designat. Vides te peregrine accusari. Dic quæso, un-
 de tantum in nos malum ortum sit, quod uita ge-
 nus sequareis, unde & quo eas, cuias sis, & qua gen-
 te natus. I. Iamiam nullum supereft effugium: te-
 neor manifesto. o ineuitabilem Dei potentiam. Ego
 sum Hebreus, Iouæ coelestis Dei cultor, qui ex mare
 & terrâ fabricatus es. Is me Niniuen ire iusserrat, ut
 eum populum, ocio & luxu diffluentem, & perdi-
 tum, mea admonitione ad meliore frugem, & sanio-
 re in uita rationem deducerem. Cuius ego muneris
 tristiciam defugiens, statueram Tarsum in Cilici-
 am me conferre, & eius conspectum euitare, cuius
 oculis omnia sunt subiecta. N. Perijmus fun-
 ditus. Inscite prorsum, homo, & male abs refa-
 tum. Sed postquam factum quod est, infectum fieri
 Placatius non potest, quid tibi nunc censes faciamus, ut ^b pla-
 nobis ma-
 catoire mari utamur, quod uehementius semper a-
 re. S. Ita
 gitari uides? I. Vos uera me in mare detur be-
 sedari. Iis, si id sedatum uulnis. Nam certò scio ego, mea
 in multis & dies per unius

RORVM
tu invocas si qui
obis malum auer-
santur. Quid
NAVTA. Proli-
xus. Non faciemus.
io antiquo celum
opere trasfascin-
t NAVC. Pla-
nunc peregrina-
ri. Die que s. u.
quod nunc ge-
sus, et quod ge-
st effugium in-
potentiam. Eg-
o, qui ex mar-
nre iussus erat,
tem, & perdi-
cugem, & san-
ctus ego manes-
ter sum in Clic-
n euitare, cum
Perijimus fute-
r male desider-
st, infestum fu-
iamus, ut plu-
ritius semper i-
mare detur to-
lo scio ego, me
an

LIBER II. 149

unius causa uos hac tam uehementi tempestate affli-
ctari. N. ^d Avertant superi, ut tua morte saluti no-^d Magna est
stre consulamus. Non faciemus. Agite uiri fortes, in ut in fero ali-
cum angus remis, conetur ad terram appellere E- oquin homi-
ia. adhibete summas uires: etia rumpathus hos flu- num gener-
humanitas.

Etus. O rem miseram: crescit a sidue malum, nulla ratione terram possumus attingere. I. Frustra si datus, multo Deo. N. Quid ergo est, te ne nos in mares? L. Nisi mauiatis mecum una perire. N.

O desperatisnum perfigum: sed tamen satius est, te solum, quam nobiscum interire. Faciendum est, fo- cij: nulla alia ad evadendum via est, video. Effra- tur mare, rumpitur nauis, mors nobis uersatur ob oculos. Demergamus eum. Obscuramus te loua, ne pereamus ab huius uiri mortem: ne uie à nobis po- nas sanguinis eius expetas. Vides nos necessitate im- pulsos facere, et tu omnia tuo arbitratu moderaris: iaciat. O rem admirabilem! uidetis ut subiò se- data sit tempestas, eo deiecto? Videtis mare sic tran- quillum, ut nusquam tranquillus? Agnosco, agno- seo ego loua potestatem inueni, am. is nimirum De us est, ceteri nequicquam precibus interpellantur. Vnde ueni debitor gratia, uni itaque sacra uotaq; fa- ciamus.

S E N T E N T I A.

Frustra implorantur falsa numina, scien-
te uero numine. Deum effugere nec terra

k 3 nec

150 DIALOG. SACRORVM
nec mari possis. Cum fontibus nauigare, hoc
est uersari, noxiū est. Manente causa pœna,
manet pœna.

R A B S A C E S. 4. Reg. 18.

A R G V M E N T U M.

Rabsaces ab Assyriæ rege Senacheribo mis-
sus, Hierosolymitanos qui erat in muris, ipse
extra muros, iubet deditiōem facere: & in
Iouam eiusq; populum petulautissimè inue-
hitur, nemine quicquam respondentē.

Rabsaces, Eliacimus.

Vos haec nomine Regis magni, id est regis Af-
syrorum, Ezechia nunciate: Qua tan-
dem fiducia nitatur uerbis ne an consilio, an uiri-
bus dimicare cogitet? qua tandem se fretus, ab eo
desecerit, & an uidelicet confidit confracto isti cul-
meo baculo, id est Aegyptijs: cui si quis initiatur,
ei manum perforet? talis est Aegyptiorum rex Pha-
rao, ut omnes qui ei confidunt. Quod si mibi dice-
Hoc est, it is, uos Iouæ Deo uestro confidere; an non is est,
summet Iouæ cuius Ezechias facella, arasq; sustulit? iussiq; Iu-
ci exisma deis & Hierosolymitanis, ut Hierosolymæ ad
e debetis, certam quandam aram Deo supplicarent? Age E-
quipe cuius zechia, uis cum domino meo rege Assyrio sponsto-
nem facere, si tibi dedero duo equorum millia, ni
tu non posis ad eos totidem equites suppeditare?

Tu ne

RORVM
navigare, doc
e caula patet,

Regas.

v n.

nacheribom
in muris, ipse
in facere: & in
utilissimum
udente.

us
i, id est regis
ut: Quata
onibus, an un
fructus, ab
contracto istuc
quis invita

ptiorum reatu
quod si mili duc
re, a non iur
uit? in his
Hierichohm
lukcent? Apa
Assyriam
uorum militia,
uites suppedita

Tu
le ual

LIBER II.

152

Tu ne ausis uultum subire uel unius prætoris, mini
ni seruorum domini mei? & fiduciam tibi collo
cas in Aegyptiorum curribus & equitibus? An pers
ro sine loua ad hunc locum uastandum ascendiſ lo
ua ipſe me iuſit in hanc regionem proficiſci, eamq;
depopulari. E. Quesumus te, ut nos Syriacē (sci
mus enim) alloquaris, non Iudaicē, in auribus ho
minum qui ſunt in moenibus. R. Quaſt ad domi
num tuum, aut ad te, misericordia dominus meus, ad
haec dicenda: ac non ad eos qui ſunt in muris, ut no
biscum & merdam ſuam comedant, & urim ambi
bant. Audite Iudei, regis magni, regis Assyriorum
dicta. Ne uobis imponat Ezechias: neq; enim pote
rit uos ab eius manib; defendere, ne uē ab eo persua
dere uobis ſuite, ut loua fidatis, quaſt uos defensu
ro, neque urbem iſtam in manum Assyriorum regis
permiſſaro. Nolite Ezechiae credere, ſed potius
Assyrio regi obtemperate, qui uobis mandat, ut ſe
cunt beneuole agatis. & uos ei dedatis, & ſuis
quiſq; uineis & ficubus & puteis tantisper utami
ui, donec ueniat ad uos in uerba ſimilem terram
transferendos, in terram frumenti & uini, & pā
nis, & uinearum, & oliuarum, & olei, & mellis
fergēm, ut hac ratione uerba ſaluti profficiatur.
ne uē Ezechiae fidem habeatis: fallit enim uos in man
fiducia defensionis loua. An reliquarum gentium
Dij ſuam quiſq; terram ab Assyria rege defenderū?

b. vbi

452 DIALOG. SACRORVM
Vbi sunt dij Hemathæ & Arphadi? ubi Seuarphai-
mi? ubi Enæ? ubi Au.e? nūquid Samariam ab eius ma-
nu tutati sunt? Quis tandem est ex omnibus omni-
um terrarum dijs, qui suam terram ab eius manu de-
seaderit, ut Ioua Hierosolymam defensurus esse ui-
deatur? E. Obmutelcamus, ne ue ei quicquam
respōdeamus: ita enim fert regis mandatum. Sed ea-
mus hæc regi nunciatum.

S E N T E N T I A.

Res secundæ insolentes s̄pē reddunt ho-
mines, & in ipsum etiam Deū p̄tulantes. Pro
speros successus sibi ascribunt superbi, cum
debeant Deo. Cum maledicis & uerbosis
rixandum non est, sed Deo committenda
causa.

E Z E C H I A S. Esa.38.

A R G U M E N T U M.

Argotans rex Iudæorum Ezechias, cum es-
set ei ab Esaiā uate denunciata mors, precib.
à Ioua imperat uitæ prorogationem,

Esaias. Ezechias.

I mpera domi Ezechia: uam isto tibi morbo mo-
riendum est. Hæc est Dei uoluntas. EZ. O' di-
rum nuncij. O' sancte Deus, memineris quam fide-
cine ho-
tece
is. hoc est
uncraris,
atē meā, tis honorific religionem remuneraris? Me' ne nunc
in me-

ORVM
abi Scarpia-
rian do cuerna
omnibus omni-
ab eius manu la-
fensus esse in-
ue ei cincum-
datum. Sed cu-

LIBER II. siglo mo 152

In medio etatis cursu, in cas angustias esse redactū,
ut subeundum sit sepulchri ostium, ex reliquo ui-
ta tempore carendū? Eheu, iam non ego fruar com-
muni hoc calo; celo ego non fruar, cuius amœna
luce illustrantur qui in terra degunt uitam? iam e-
go auellor à charo conspectu & consuetudine ho-
minum, qui hunc orbem incolunt. Ex hac uita disce-
do, & emiro tanquam è pastorali tugurio, fit
tali, cui c. stampa ex filo ante diem amputato. Pau-
latim alteror, & consumor in horas? neque quic-
quam proprius expecto, quam ut iam iamq; absum
teus animam agam. Ad mane si uentum est: membra
omnia à cruce dilaniari sentius, mortem in
uesperum expecto. Hirupdinis, aut gruis ritu, stri-
dulas uoces eructo, & columbarum more queru-
los edo gemitus, ccelumq; suspiciens, consumptis la-
chrymis, ipsa oculorum tare, intolerabiles animi te-
star dolores. O rerum Domine omnium ad mihi
fieri iniuriam, cuius si uincere esse par est. Mi-
serum me, quid iam, quid mihi uenire in mentem
posse quo possum tuum animum ad id quod uo-
lo flectere? Mea uite breuitatem miserabiliter
commemorem? O' rerum author, & moderator:
longius est profecto naturale uiuendi spaciū, quam
quantulum à te mihi conceditur. Haccine me etate
tam immatura spiritus reddendus est? An tu me ui-
delicet sempiterno somno confopire paras, ut po-

k 5 itea

b Morien

c Hoc est
su, sive sp.
cie.

254 DIALOG. SACRORVM

stea in uitam reuocet aut cuius aliissimam tranquillitatem acerbissimo casu contaminari passus sis, cum scilicet iam letho absumptum, et putido busto univacatis? & cuius uitam agrotaris tueri neglexeris, eundem morte deletum, amico lucis ipsu rursum donabis, peccatis (quorum de fonte mors sciat) quia post tergum reicitis, ex eterna obliuione oblitteratis? Deinde à quibus gratitudinem, et ex ea manantem laudationem expectas? à mortuis, credo: sepulchre celebrarunt tuum paratum miseris praefidium predicabunt humani. Viui, uiui tibi gratias agent, uelut ego hodie: & parentes liberis commemorabunt tuum egenitibus omnibus expositam tutem. Intende meæ saluti, Ioua: & nos de tuis laudibus carmina, quandiu uiuimus, in æde tua modelibimus. E.S. Ades animo, rex. Iubear tibi leta nunciare. Ioua, Deus Davidis, autoris generis tui, tuam precationem audierunt, tuasq; lachrymas respexit. Itaque sic habeto, te per eum sanari, & tertio abhinc die ascensurum in sanum. Quimodo addet tue uite quindecim annos, teq; eripiet è manibus regis Assyriorum, una cum hac urbe: cuius se defensorem præbabit, propter semetipsum, tum etiam propter Davidem sui cultorem. Sed uos famuli sumite palliam, quam ulceri eius imponatis, ut conualescat. E.Z. Sed quo signo intelligam me in sanitatem restitui, & tertio die uenturum in ademi

L I B E R II.

155

fius **E**s. Vides hoc Achazi solarium? **E**Z. Vi
deo. **E**S. Optio tibi datur, utrum uelis ^dumbram ^d Scilicet
decem gradibus procedere, an reuertit. **E**Z. Facile
est umbram pre*gredi*: potius retrocedat. O ^{an mi}
raculosam: nunc nunc video, uolente Deo, nihil esse
arduum. *et post multa pauca* ^{want gall wall}

S E N T E N T I A.

Pijs precibus usque ad eum fecitur Deus, ut
interdum etiam decretum suum rescindat.
Quamvis morbos interdum naturalibus re-
mediis incurabiles tanet Deus, tamen natura-
lia remedia non semper repudiat. Non medici-
na, sed Deo tribuenda est sanatio: & tamen u-
tendum est medicina. *gewes*

I E R E M I A S. Ierem. 26.

A R G U M E N T U M.

Ieremias urbis & templi ruinam uaticina-
tur. *cam ob causam comprehenditur à facer-*
dotibus & uarijbus ad necandum. Sed facto ad
tumultum concurso, proceres & senatores &
Ahicamus id prohibent.

Ieremias, Sacerdotes, Vates,
Proceres, Senatores,
Ahicamus.

Audite omnes omnium Iudee urbium ho-
mines, *quotquot* hoc templum, *in cuius es*
go sto uestibulo, intratis, adorandi numinis gratia:
Dixi *audite*

156 DIALOG. SACRORVM

i & uati audite, que Deus mea uoce uobis efficiuntur. Nisi cum qui non audiatis, ex ex lege quam uobis prescrispsit, uiuetis: nperat, s dabit tum autem dicta uatum, cuius cultorum, quos ipse ad nos mittit, per quos uos mature admonere nunquam intermitit: ea inquam nisi gudietis, hanc ipsam eadem sacram in eum statum rediget, in quem silonem rededit, et hanc urbem omnium orbis terrarum gentium lugubrio exponet.

S A. Quid si bi uult clamorosus iste? v. Omnibus minatur exti-

tuum. S A. At sibi non minatur sed consolat ma-

ximoni malum. Quoniam inuidimus hominem? v. At-

que ita opus est. S A. Comprehendite eum uiri, caute ne effugiat: saxo iam scias Ieremia, que ma-

la nobis obnuncias, eate in temetipsum excitauisse.

Itane uero, ut huic templo Silonis ruinam, et urbi

uastam euersionem & solitudinem deaunciaueris,

at. Et haec tam dira impune protuleris: morte poenas lu-

ces. v. Meruit certe. P. Unde tantus iste

tumultus, sacerdotes? aut quid uult tantus hominum

concursus? quid nouae rei accidit?

S A. Hic homo dignus est qui capite det supplicium, qui quidem

si di- tam horrendas clades huius urbi sit uaticinatus, que-

mis- fuis- huic admodum uos ipsi audiuitis.

I. Audite me, si

placet, & uos omnes populares audite me. Iouae ego

optimi maximi iustitiae huic ueni, ea in sanum et ur-

bem prae dicturus, que uos audiuitis. Quare corri-

aut. gite uestra uitia & mores: Deique uestri admonitioni

obtem-

LIBER II.

157

obtemperate, ut mutet consilium, malumq; quod in
 uos cogitat, auertat. Quod ad me pertinet, equidem
 video me in uestra manu esse: uos mihi quod uidebi-
 tur, faciatis licet. Veruntamen sic habetote, si me in-
 terfeceritis, fore ut uos & haec urbs atq; res publica
 innocentis sanguinem suppicio luat. Ceterè enim Io-
 ua misit me ad uos, ut huc audientibus ea omnia di-
 carent. p.r. Nos quidem non uidemus iustam
 causam cur hic capite plectatur; si quidem nos no-
 mine louæ Dei nostri affatus est. s.e. Audite
 nos uicissim, nisi molestum est. d. Exe-
 plurunc
 gis mot
 hominie
 rationis
 Itaq; hi
 plis red
 tuntur.
 nos uicissim, nisi molestum est. a. Michæas Morasti-
 ta, uates fuit tempore Ezechie regis Iudeorum, qui
 louæ optimi maximi nomine, omni Iudeo populo
 audiente, ahus est dicere, Sionem in agrum redi-
 etam, aratum iri, Hierosolymamq; in ruderâ colla-
 psuram, & montem sacrum in solitudinem redigen-
 dum. Nunquid in cum morte animaduertit Ezechia-
 as, aut ullus Iudeorum? An non Deum reverentia
 & precatione sibi placauerunt, malumq; quod
 ab illo iam iapq; minimebat depulerunt? &
 nos tam immanis certe animos nostros obligabi-
 mus? Quid Vrias, nihil ne nos mouebit? Is fuit fi-
 lius Semeiae, ex Cariathiarimo, qui ead em in urbem
 hanc ab Ioua est uaticinatus, que modo Jeremias.
 Quod cum Ioacimus rex audiuisset, necnon eius
 milites & proceres, eum quæsiuit ad necem. Id ubi
 rescivit ipse, territus a fugit in Aegyptum. Sed eò
 misit

158 DIALOG. SACRORVM
misit rex Elnathanem, & quosdam alios, qui illinc
extractum, ad eum adduxerunt: cumque ferro crude
liter necauit, & eius corpus in plebeiorum sepul
chre tum proiectum curuit. Itaque quis fuerit exi
tus uidetis. Nunc dospicite, utrum nefarium huius fa
cetus, an consideratam illius prudentiam malitis im
tari. A. H. Profecto nunquam sinam uos manus le
remi & sanguine commaculare. *Conflans*

S E N T E N T I A.

Veritas odium periculumque parit. Malo ua
te aut doctore nihil iniquius. Plerunque plus sa
piens & plus equitatis habent inerudit, quam
doctores. Peccata si uis effugere, fuge culpam.
Mitiora imitanda sunt exempla, immittiora de
clinanda. *ab eo in dico et p[ro]longo*

A N A N I A S. *Ierem. 28.*

A R G U M E N T U M.

Ananias Iudeis liberationem ad biennium
falso uaticinatur. Ieremias contraria grauiorem
insuper captivitatem praedicit, & ipsi Auaniæ
mortem à Ioua denunciat.

Ananias, Ieremias.

AVdi tu Ieremia, una cum uniuerso hoc po
pulo, que iussu Dei uobis denuncio. Ego
(inquit Ioua optimus maximus, Israelitarum De
us) iam rumpam iugum regis Babylonicorum, &
post duos annos referam in hunc locum omnia ua
sa tem-

RVM
ios, quillini
ferro crude
torum sepa
pum furent exi
erunt hanc fa
miliam in
uas manus le

t. Malo ut
q; plus la
it, quam
culpam:
tiora de

biennium
raniorem
si Auani

erfo hoc po
nuncio. Ego
litarum De
onorum, O
m omnia us
fatem

LIBER II. ¹⁵⁹

sa templi, que Nabuchodonosor hinc ablata, Baby
lonem deportauit: leconiamq; filium iocimi Iudee
regis, omnesq; captiuos Iudeeos qui sunt abducti Ba
bylonem, huic reducam, fracto Babyloniae imperio.

1. ^a Utinam ita faciat Ioua, & tua dicta omnia
ad rem conferat, atque ^{ftia nun} ^{Quod} ^{ueri do} ^{nunciatur}
captiuosq; omnes e Babylone ^{res, non} ^{optent:} ^{quia uer} ^{funt.}
reueocet. Verum audi,
et que apud te omnem populum eloquar trade
memoriae. Claruerunt ante me et te iam olim ua
tes, qui multis nationibus, magnisq; regnis bellum
aut famem aut pestem praesignificauerunt. Quod
si quis aliquando secunda pronunciabat eius pre
dictum aut rei eventus a diuino affatu profectum
comprobabat, aut frustatio refellebat. Hot quia in
hac uaticinatione futurum certò scio, malo terrei
exitu confutari, quam mea oratione irritati.
A. Cedo mihi istam torquem: audite uero omnes qui
hic estis, quid ferant mea dicta. Quemadmo
dum hoc ego collare perrumpo, ita Iouam scito
te perfracturum dominationem Nabuchodonoso
ris, post biennium. 1. Nole tecum amplius rixa
ri. A. Abeas licet: ego hoc teneo, & tenebo, ne
trepidate Iudei, aduentat ad certissimum uobis
praesidium & salus. Bono animo este. 1. B. Adsum
tibi a Deo Anania, qui tibi me ita renunciare iubet:
Vincula lignea, inquit, rupisti Anania, sed pro eis
ferrea feceris. Nam ego ferreum iugum collo impo
nunt

160 DIALOG. SACRORVM

nam omnium istarum gentium, quò seruant Nabu-
chodonosori Babyloniorum regi, sub cuius ego di-
tionem etiam agrestes bestias subiunxi. Hęc sunt,
de quibus te ~~terram~~, Deus meo ministerio prəmo-
nitum uoluit. ~~Si~~ Non est, cрeate mihi Anania, non
est quod incitationem & permissionem diuinam o-
*ni alijs sa-
m falsi
cinatur,
ni perni-
uerē uē
m sciat.*
stentes, & hunc populum spe inani erigas. Neque
enim à Deo missus ades, cuius ego inflati perniciē
tibi proximam denuncio, teq; hoc anno uita defun-
cturum confirmo: quoniam tuis uerbis deficiendi ab
eo causas.

S E N T E N T I A .

Mali doctores solent improbis fausta dice-
re, & quæ placeat. Boni contrà. Hinc sit, ut ho-
ni invisi sint: mali amentur, & autoritate pol-
leant. Veris patibus raro creditur ante euen-
tum: præsentim si adsunt falsi uates, qui ueris
contraria doceant. Mali uates dum pœnas im-
proborum uerbis leniunt, re ipsa exasperant.
Cum pœnacibus rixandum non est. Qui im-
probis blandiuntur, eos à Deo auocant.

S E D E C I A S. Ierem. 38.

A R G U M E N T U M .

Ieremias consulente se Sedeciam Iudææ
regem moner, ut se dedat Chaldaeis, alioquin
uenturum & ipsum & urbem in miseram cala-
mitatem.

Sedecias,

ORVM
ruant Nde-
cua egredi-
d. Hec sunt,
terio premo-
Annia, non
n distinc-
1242. Nece-
ritatis pernici-
no nata depon-
rebus regis
despectu*ad*

sta dice-
fit, ut bo-
tate pol-
ne even-
qui uenit
pensam im-
palperant.
st. Qui im-
cant.

am Iudea-
s, alioquin
feram cal-
Sedetia*ad*

LIBER II.

161

Sedecias, Ieremias.

Volo ego te consulere super rebus meis, Iere-
mia: sed noli me quicquam colare. 1. Rem
omnem tibi aperiatur: sed ea conditione, ne me inten-
rimas, ne ue consilium meum repudies. S. E. Per
Deum immortalem, qui nostros animos creauit, non
permam te: neq; tradam illis hominibus, qui tuam
necem cupiunt. 1. Satis habeb; accipe iam quod
sit Dei consilium. Si te contuleris ad principes Ba-
bylonios, & tua tyrumiq; uitae comites, & incen-
dium ab urbe depelles. Sin minus, & urbs Chal-
daea dedita igni cremabitur, neque tu eorum manus
destitabis. s. a At enim ualde metuo, ne me Chal-
daei ludex, qui ad ipsos transfugerunt, tradant, o-
mini irristione ludendum. 1. Non tradent, crede mi-
bi: obtempera Dei monitis, cuius ego uoluntatis in-
terpres tibi sum datus: si te ipsum amas, tu&q; saluti
prouides. Quod si te dedere rentis, haec tibi diui-
nitus denuncio: Omnes mulieres qua supersunt in
regia, eductae ad principes Chaldaeos, te in os in-
dignissime irridebunt, ut circumuentum er prodi-
tum a tuis necessariis, & in ipso coeno perfidè de-
stitutum. Tu autem uxores omnes, & liberi, tra-
dentur Chaldaei: neque tu eorum manum effugies,
quoniam in manus regis eorum uenies, qui hanc quo-
que urbem incendet. s. Vide ne quis haec resci-
scat, ne tu pereas. Quod si proceres audierint no-

a Qui be-
docentib;
obedient,
nō metuen-
metuunt:c
tra q; metu-
da non me-
uunt.

1. stram

152 DIALOG. SACRORVM
stram congreſionem, tēq; conuenerint, rogantes,
qua de re inter nos actum sit, & mortem minantes
niſi indicaueris, dices, te à me precibus petiuiffe, ne
committam ut domum Ionathanis re-
ducaris ad miserabilem
mortem.

S E N T E N T I A.

Veritas cum periculo dicitur. Imprudētes,
dum leuius aliquod malum ineuitabile uitāt,
incurrunt in grauius, quod fuerat euitabile.
Qui tolerabiles pœnas Deo dare recusat, eū
incitat ad grauiores.

DIALOGORVM SACRORVM.
Libertertius.

TOBIAS. Tobie 4.

A R G U M E N T U M.

Tobæus, Tobiam filium suum pietatem do-
cet. Deinde iubet, ut ducem querat ad peten-
dam ex Media pecuniam, ibi à ſe depositam.

Tobias Genium, qui ſe hominem ſimu-
labat, nactus, cum eo pro-
ficiſcitur.

Tobæus

Tobæus pater, Tobias filius, Raphael Genius, Anna
mater.

GVM ex hac uita discessero, nate,
sepelito me honorifice: tum autem
matrem tuam honorato; ne' ue eam
donec uiuet deserito, ne' ue ei pa-
rum morigerando uitam reddas a-
cerbam. Recordare fili, quot dolores perpessa sit
propter te, cum essem in eius utero. Cum igitur uitæ
finiuerit, eam mecum honestè sepelito in eodem se-
pulchro. Ac per omnem uitam memento Creato-
ris tui, ne' ue eum offendere, eiusue præcepta omitte.
Quantumcumque tibi loua largitus erit, de eo ne
parcito ^a liberalitatem exercere. Ad homines inhu-
manos ne te aggregaueris. A' respiciendis egenti-
bus Israëlitis ne abhorrueris, ^b ne loua uicissim tuis
temporib. aduersis à te respiciēdo abhorreat. Quod
si tuæ facultates non ferent ut largè id facias: at pro
eo, quantum id erit quod suppeditabit, ne parce in
benignitatem conferre, ^c ut diuitias tibi, & argenti
auriq; thesauros in beneficentia repositos habeas.
Nam thesauri nihil impios iuuant. At hæc uirtus à
morte uindicat: ac quisquis beneficentiam exercet,
Dei conspectum uidebit: quemadmodum habet scri-
ptum illud, Ego per beneficentiam conspectum tuū
uidebo: quam qui exercent, cœlestes habendi sunt.

^a Pauperi
largini.
^b Immis
cordibus
misericordi
se præbet
us.

^c Pro diu
Dei fauor
habeas,
beneficen
conciliat

I. 2. TH.

264 DIALOG. SACRORVM

Tu ergo nate, corpus tuum ab omni libidinis obsecnitate tuere, uxoremq; de tua cognatione ducito, nequaquam alienigenam, aut alius sanguinis, quam tuorum maiorum. Nos enim uatum progenies sumus. Memoria repele Abramum, Isaacum, Iacobum, qui uxores de sua sibi gente asciuerunt, extraneorum affinitate repudiata, eoq; liberis fortunati fuerunt. Animum intende fili ad ea quae ages. Quod tibi nolis fieri, alijs ne facito. Operarij mercedem ne retineto noctem unam, post eum dicem in quem cum eo pacius eris, ut tuo te premio remuneretur Deus. Corpus tuum ab ebrietate abstineto. In nulla nequitia te oblectaueris. De tuo uictu largire esurientibus. De tuo uestitu indue nudos. Quod tibi superat, id omne in beneficentiam confer: neque id grauatè. hoc est uerè pane & uino sepulchra iustorum perfundere. Audi & attende quemlibet, qui modò uerum tibi consilium det. Ab ioua omnibus temporibus pete, ut tuas rationes, confiliaq; dirigat: neque enim homini in manu ponfiliij eventus. situm est^d consilium: sed uni Deo opt. max. qui quicquid uult efficit, alios deprimens, alios effervens. hæc mea dicta & præcepta omnia conservato, & nunc posteri quam non ante oculos habeto, fortius & infracto est cura animo esto. nam ioua tibi auxilio præsidioq; erit, amiliaris si ei toto anumo, totoq; pectorè studueris. Nunc finis. li, illud tibi indicabo de pecunia, quam habeo apud Gabelem,

Gabelem, mihi cognitione propinquum (ea est decem argenti talenta) Raze in Media. nam incertum est quando sim moriturus. Tu fili, si louam metues, teque ab omni scelere conseruabis, magnas ab eo opes consequeris. TOBI. Omnia ut precepisti mihi, pater, sic faciam, sed uelim mihi consilium des, qua ratione queam istam à Gabele pecuniam recuperare. nam neque ille me, neque illum ego agnoscam: neque quo signo repetam pecuniam scio, neque qua uia eatur in Medium teneo. TOBAE.

f Quod ad signum pertinet, hoc dices: me, cum ille f Videret
mibi marsupium suum tradidisset, dixisse: Accipe lo tempore
de manu mea. atque ex quo ei argentum in manum fuisse usu
tradidi, annum hunc esse uigesimum. De uia autem,
quere tibi iam hominem aliquem fidelem, qui tecum uadat, cui præmium dabimus. Proficisci fili,
adhuc uiuente me, & argentum pete. Iouate Deus
Israclitarum in itinere conseruet: tibiq; benevolentiam,
studium, misericordiam, & illius & omnium
qui te uidebunt, conciliet; teq; nobis sospitem &
incolumem & ducat & reducat, ante meum interi-
tum. TOBI. Eo igitur ad conquirendum du-
cem. Et fortasse præstò adest, qui faciat. Nam video
iuuenem quendam in uia stantem accinctum, &
ad iter (ut uidetur) paratum. RAPH. Adole-
scens, cuius es? TOBIAS. Domine, posse ne
mecum in Medium profici? RA. Evidem no-

166 DIALOG. SACRORVM

ui uias omnes , sumq; aliquando usus hospitio Gabelis gentilis nostri , agentis Rage , in finibus Mediae , quæ Rages distat ab Ecbatanis itinere duorum dierum , estq; montana : Ecbatana autem in campo pestri loco posita sunt . TOBI . Praestolare paulisper , si placet , dum hanc rem patri renunciatum eo . Nam magnopere cupio te comitem habere , tibi que dabo mercedem pro iinere . R . I properè . Ego hic manebo , donec redeas : noli diutius morari .

TOBI . Nactus sum uirum bonum , pater , nostri generis , qui mecum proficiscatur . THOBAE . Euo ea cum ad me , ut scisciter unde terrarum sit , & an satis fidus sit tibi futurus comes . TOBI . Faciam . Heus accerseris à patre meo . RA . Eo . Salue uir deuine . TOBAE . Si saluco , cur mihi haec usiueniunt , ut oculis captus , in tenebris cæcus sedeam ? RA .

Deus quos & Qui tibi oculorū lucem cæcando ademit , idem te , Intrauit , quia uir bonus es , sanabit . TOBAE . Ita fixit lœua . Sed ad rem . Meus hic filius Tobias uult ire in Medianam , frater , poteris ne ire cum eo ? & ego tibi mercedem dabo . R . Potero , quippe qui uias omnes nouerim , omnemq; illam regionem peragrauerim , & montes teneam . TOBAE . Cuias es ? cuius generis ? & qua ex ciuitate ? R . Quid amplius queraris ? cùm mercenarium habeas , qui tuum filium committetur ex tui animi sententia ? TOBAE . Frater , nomen tuum scire uelim , & cuius nationis sis . R .

Ego

Ego sum Azaria , limiti maioris , latare faustumq; quid uoluerim neus gentilis es . Nimirum nosti limiti filios , q; am Israelicam dolorabant ; neq; in ea regione habentes generiles nostri ter cum filio m; Deo . Ego tibi uen , & uictum max . saluos redi . Omitte tibi uicum saluo , & para tibi , Tobie cæsaria , & propinquos nos in his hoc iter du . Valete mei parentes , & ambula pro tuae . Quid flerem abs te uerando , nosq;

LIBER III.

167

Ego sum Azarias Hananeelis filius, de familia So-
lomiti maioris, tuus gentilis. TO BAE. Quod sa-
lute faustumq; sit. Sed noli ægrè ferre, frater,
quòd uoluerim tue familiæ genus cognoscere :
meus gentilis es, egregia & nobili ortus familia.
Nimirum nosti Hananeelem & Nathanem, duos So-
lomiti filios, qui mecum itabant Hierosolymam,
cùm Israelicam terram incoleremus, mecumq; ibi
adorabant : neque unquam ad deos peregrinos, qui
in ea regione habebantur, descierunt, quod cæte-
ri gentiles nostri fecerunt. Quare uade frater felici-
ter cum filio meo : & redite feliciter, adiuuan-
te Deo. Ego tibi in singulos dies drachmam sol-
uam, & uictum ut filio. Quòd si uos Deus opt.
max. saluos reduxerit, istud tibi præmium augebo.

R. Omitte timorem. Nam ego cum filio tuo, sal-
uus cum saluo, & ibo & redibo. TO BAE. Com-
para tibi, Tobia fili, quæ ad profactionem sunt ne-
cessaria, & proficisci cum isto fratre. Deus om-
nipotens uos incolumes ducat & reducat, & uo-
bis hoc iter ductu Genij' sui prosperet. TO BI.
Valete mei parentes obseruandi. TO BAE. Va-
le, & ambula prosperè. AN. Ohohohob. TO
BAE. Quid fles? AN. Rogas? Nihil' ne uereris
puerum abs te amittere, qui in oculis nostris ob-
uersando, nostram senectutem redderet leuiorem?
quasi uero non nos sine illo argento aliturus esset

l 4 Deus

168 DIALOG. SACRORVM

Deus noster. TOBAE. Ne time foror. Nam & prosperebit, & in columnem ad nos reuersum tue ipsa tuis oculis aspicies. Deus ei noster Genium attrahet, qui ei iter bene fortunet, eumque saluum reducat. AN. Eheu.

SENTENTIA.

Parentum est, filios docere pietatem. Piorum curam mandauit Deus genijs suis.

A S M O D A E V S. Tob. 6.

ARGUMENTVM.

Raphael genius agit cum Tobia de ducenda in matrimonium Sara Raguelis filia. Deinde ubi ad Raguelem peruenierunt, fit matrimonium.

Raphael, Tobias, Raguel,
Edna.

Am tandem peruenimus Ecbatana, Tobia frater. Hac nocte diuertemur apud Raguelem. Is senex quidam est, qui filiam habet unicam, forma prestantem, nomine Sarah. Ego cum eo agam, ut eam tibi det in matrimonium. Est bona indole praedita, & patri dilectissima. Ausculta mihi, & de ea agito. Vbi Rabe redierimus, celebrabimus nuptias. Non dubito, quin non sit ille tuis postulatis contradictrius, neque eam contra legem Mosis alienigena traditurus. Nos eam ad patrem tuum ducemus. TO. At audio, frater, eam iam septem uiris esse traditam,

RVN
or.Nam
s reverfa ta
Genium dñe
fatuam reha

tem.Piora

b.6,

de ducen-
lia.Dein-
sc matris

Tobias fia-
guelem. Is je-
n, forma pre-
gan, ut em-
dole pradi-
& de eage-
imus nuptia.
latis contra-
sis alienigena-
census. ro.
is effetru-
im.

LIBER III.

169

nam, qui ante quām in eius complexum uenerint,
mortui sint, ab Asmodæo (ut dicitur) dæmonum re-
ge necati. Quapropter ne me ille interficiat, non
mediocriter pertimesco.^a Quod si fieret, parentibus
tristissimi causam exitus præberem, qui alium nul-
lum neq; filium neq; filiam habent, à quo eis uita de
fancis parentetur. R.A.P. Verere modò Iouam,
eiusq; memor esto; tum etiam patris tui præceptum
recordare, à quo iussus es uxorem eiusdem tœum
familie ducere. Tum me autore nihil dæmonem ti-
mueris. Satis exploratum habeo, te eam in hanc
noctem in matrimonio esse habiturum. Igitur ubi
in cubiculum cum ea introiueris, sumito cor pi-
scis, quem tu in Tigri flumine dilacerasti: et ex eo
sub eius pallam suffitum facito. Eo nidore olfacto
dæmon puellam fugiet, nunquam eam repetiturus
postea. Cum autem tibi cum ea congregari libebit, sur-
gitote de lecto geniali, Iouamq; oratote, et obse-
cratote, ut uobis pro sua clementia opem ferre, puel-
laq; mederi uelit. Tum demum cum earem habe-
bis, ex qua liberos mares procreabis. Sed omnem
timorem abiice: nam ea tibi destinata est ante orbem
conditum, per teq; eam Ioua à dæmonе vindicatu-
rus est. T. Quid futurum sit, uiderit Deus. Sed
certe facit tua oratio, ut à coniugio non abhorream.

R.A.P. Iam appropinquamus domo Raguelis: et
ecce eum ante suas ædes, Salutē. R.A.G. Saluete &

^a Singula
filij piet
qui non t
mortem s
quām do
rem parci
reformid-

l 5 nos,

170 DIALOG. SACRORVM

uos. Aspice hic Edna, quam hic adolescens forma re-
ferat Tobaeum fratrem meum? E. Vnde estis, fra-
tres? RAPH. Ex captiuis qui sunt Niniuae, ex Ne-
phthalina tribu. ED. Nostis ne Tobaeum fra-
trem nostrum? RAPH. Nouimus. ED. Valet
ne? RAPH. Valet. TOBI. Iste Tobaeus, frater
(ut dicitur) uester, pater meus est. RAG. O' fau-
sum diem. Libet te complecti. Iouam tibi propiti-
um precor, fili: nam ex uiro optimo & probissimo
natus es. Agè uxori, si quid est lautijs, apparetur coe-
na: placet arietem mactari. Volo ego hos hospites ac-
cipi liberaliter. Succedite nostro tecto: pretemus
nos hilares. T. Iam tempus admonet, Azaria, ut
de matrimonio mentionem inijicias. RAP. Memi-
ni. Quoniam filiam habes iam nubilem, Raguel, &
hic est adolescens, et æqualis illi, & tribulis, petebat
ut eam sibi nuptum locares. RAG. Non me pre-
terit, satius esse eam tibi quam alteri tradi. Sed ue-
rum tibi dicam. Eam iam septem uiris locauit (ut tu
scias) qui omnes ante eius congressum mortui sunt.
Verium ede & bibe, & istam rem omittre. T. Ni-
hil agis: neque cibum ego, neque potionem capiam,
quoniam tu eam mihi in matrimoniu cōcesseris. RAG.
Postquam ita infixum in animo habes, obtineto sa-
nè. Et quia consanguinei estis, ego iam nunc eam ti-
bi in matrimonium trado, ex instituto Mosaico &
Israelitico. Huc ades Sara, accipe hanç Tobia. Ioua-

Deus

RVM
scens firmum
Unde celsis fru-
Nimia ex N.
Tobieum fu-
ED. Vida
Tobie, farr
AG. O' jas
tibi propri-
et probisimo
apparet ca-
os hospitium
præstems
t, Azaria, u
AP. Memi-
, Raguel, G-
bulis, patrō
Non me pre-
radi. Sed u-
locani (utu
mortui sunt
te. T. Ni-
onem capiū,
seris. R.A.G.
obimeto fi-
name eam
o Mosaios
Tobia, ioua
Dum

LIBER III.

171

Deus cœlestis uos hac nocte custodiat in columnes, sua
que in uos clementia utatur.

S E N T E N T I A.

Piorum opera fiunt autore & duce Deo. Pij
uoluptatibus etiam licitis imperant, non fer-
uiunt. Pij fugant dæmonia. In pios potestatam
non habet dæmon.

R A G V E L. Tob. 10.

A R G V M E N T U M.

Tobias Ragueli socero suo uale dicit, secū
abducens illius filiam Saram, uxorem suam.

Tobias, Raguel.

M Isocer Raguel, tu à me postulasti, ut man-
rem apud te dies quatuordecim, & cum fi-
lia tua uxore mea Sara suauiter uiuerem: id quod ti-
bi concessi. Nunc finita est dies: itaque peto abs te,
ut me dimittas. ^a Mei enim parentes ambo dies nu-
merant, neque putant hoc loco rem esse. R. Do-
leo me tam paruū spacium à te petijisse. Sed nihil ob-
stat, quo minus id fiat longius. Mane apud me diu-
tius: ego mittam ad tuum patrem nuncium, qui ei to-
tum negocium renunciet, ne sit de te sollicitus. T.
Quæso te, noli me remorari: cupio omnino ad pa-
rentes reuerti. R. ^b Quando urges, non remo-
rabor inuitum. En trado tibi meam filiam Sarā, nec
nō dimidium facultatum mearum. Ite feliciter. Deus

a Pij nati
parentib
soliciti sur

b Cupiēt
discedere
spitem re-
rari nō op-
tet.

Ioua₂

172 DIALOG. SACRORVM

Ioua, Deus maiorum nostrorum uos fecundet, mⁱ
 lares ideo hiq; ex uobis liberos & mares ostendat, qui Iouanæ
 t, quia legi dent operam. Agite deosculari uos uolo. Vide
 res fœmi- mea filia, ut tuum sacerum, & socrum (qui nunc tui
 præstan- parentes sunt) habeas in magno honore; maritum di-
 res sunt. ligas: familiam regas, domum gubernies: & teipsum
 inculpatam. & cum bona pace prosecta, effi-
 cias ut bonam de te famam uiuentes adhuc. Leti hila-
 resq; accipiamus. Et tu Tobia fili, uale: Ioua te De-
 us coelestis saluū perducat, mihiq; ex te & filia mea
 Sara liberos Iouæ studiosos, eiq; probatos, ostendat,
 antequam moriar. Ecce Saram filiam meam in po-
 testate tua: noli eam unquam male tractare. Ite sanè in
 columes. s. Valete parentes charissimi: ualete co-
 gnati & amici omnes. t. Vale sacer: uale socrus:
 ualete omnes. Ago Iouæ gratias, qui me letum reddi-
 derit, & tot beneficijs tam mirifice afficerit.

SENTENTIA.

Vxoris est, sequi uirum, & propter eum pa-
 rentes patriamq; relinquere. Est enim matri-
 monij coniunctio arctior quam naturæ,

TOBÆ VS. Tob. II.

ARGUMENTVM.

Tobias ex Media reuersus, uenit ad paren-
 tes, & felle piscis oculos patris sanat à cœcta-
 ge: qua de re pater Deo gratias agit.

Raphael,

LIBER III.

173

Raphael, Tobias, Anna,
Tobæus.

Frater, tu scis quām solicitum reliqueris utrumque parentem. Quapropter antecedamus ego & tu, uxore tua cum famulis, reliquoque nostro comitatu sub sequente. **TOBI.** Bene mones. **R.** prepara fel pīcis. **A.** Atat: ô mi uir, aduentatus meus Tobias, cum comite. Curro ei obuiam. **R.** Tui patris, quem uideo esse cæcum, oculi felle isto sperientur atque sanabuntur. Itaque cum ad eum accesseris, illinito eius oculos isto felle: tum ille fellis mordacitatem sentiens, sibi oculos fricabit: atque ita deiecta albugine, & cœlum & te latus uidebit. **A.** O gnate, iam mortem non deprecor, postquam tuum conspectum cernere licuit. **TOBI.** Salue mea mater. Sed accedit huc pater. Hei mihi, collapsus est. Accurram. O mi pater salue. **TOBAE.** Salue fili optatissime, ut uales? **TOBI.** Optimè est, Deo gratia. Sed patere me tibi oculos illinere hoc felle. nam spero hoc tibi fore salutare. **TOBAE.** Libenter patiar. **TOBI.** Expectemus paulisper. **TOBAE.** Sentio fellis mordacitatem. **TOBI.** Frica tuos oculos. **TOBAE.** O supra modum mirandum miraculum. Nunc te liquido uideo fili, amplexere me. Gratias ago louæ Deo Israelitarum, qui cæcos illuminat, qui mihi oculos aperuerit: cuius nomen nullis unquam seculis satis dignè laudari pos-

174 DIALOG. SACRORVM
ri poterit, qui in me hoc tantum munus contulerit;
Hic uulnerat, & sanat: hic occidit, et uitam dat: huic
gratias ago, quite nobis, feliciter expedito itinere,
salutem laetumq; restituerit.

S E N T E N T I A.

Deus suos à miseria tandem liberat. Medicina mordax. Deo gratiæ sunt agendæ de omnibus bono.

R A P H A E L. Thob. 12.

A R G U M E N T U M.

Raphael Thobæo & Thobiæ, sibi mercedē soluere uolentibus, se indicat, eisq; officium præcipit.

Tobæus, Tobias, Raphael.

Tobia fili, soluamus isti homini, qui te comitatus est, mercedem: & eam cum a corolario.
TOBI. Pater demus ei dimidiam partem pecunie, quam illinc attuli. Nam is me incolumem duxit, & reduxit: meamq; uxorem sanauit, & argentum à Gabele abstulit, & tibi oculos sanauit: pro quibus omnibus, quæ nam ei referri par gratia potest? Huc ades Azaria. Accipe frater mercedem tuam, id est dimidiam pecuniam, quam illinc appor-tasti: & uale. **R.** Canite louæ carmen nouum, eiq; gratias agite, & eius nomen celebrate, protantis eius in uos collatis beneficijs: crebrisq; precibus, supplicationibus & beneficentia erga egentes eum affectate,

LIBER III.

179

affestate, quoad uiuetis. Nam plus apud eum ualeat
abiduum beneficentia officium, quam argenti aurum
que copiosa congeries: utpote cum beneficentia uin
dicet a morte. Evidem nihil uos de rei ueritate ce-
labo. Quo tempore tu, tuaq; nurus Sara, sancti o-
pem numinis precibus suppliciter, magno cum ani-
mi angore implorabatis, uestras ego preces (ut uos
sciatis) ad Majestatis solium subuehebam. cumq; tu
mortuos sepeliebas, aderam tibi: tuisq; difficilimis re-
bus, ab Ioua, qui te oculorum cæcitatem tentauerat (so-
let enim hoc pacto periculum facere bonorum) mis-
sus sum ad te sanandum, & Saram tuam nurum. Sunz
autem Raphael genius, unus de principibus qui ad d
Gloriae solium famulantur. Nolite timere. Benè uo-
bis se res habet. Agite Iouæ gratias pro tantis mira-
culis, que uobis exhibuit. Nam quod me, quandiu uo-
biscum uersatus sum, edere et bibere uidistis, speci-
es illa fuit, que uestris oculis obuersabatur: cum re-
ipsa neque ederem, neque biberem. Quare manda-
te hæc omnia literis, que uos uestri erga Deum offi-
cij per omnem uitam admoneant, utque hanc rem in
omnem omnium ætatum æternitatem testentur: &
Iouæ gratias agite: eiusq; sacram memoriam piè re-
timete: meq; iam absolute, ut ad Deum me re-
cipiam, a quo sum missus ad
uos.

c Postqu
pios expl
uit Deus,
eis aperit

d Glorio
Dei.

e Literæ
ta magi-
sunt, & c
des antic
tatis.

SEN-

276 DIALOG. SACRORVM

SENTENTIA.

Deus pijs sepe ne cogitatibus quidem prospicit. Per cruces ducit Deus suos ad felicitatem. Piorum primordia tristia, exitus læti.

ACHIOR. Iudithæ 5.

ARGUMENTVM.

Quarenti Oloferni de Iudeorū statu, narrat Achior: & quoniam eos inuictos esse dicit (nisi forte Deum suū offenderint) iratus Olofernes, eum iubet ad Betulienses Iudeos deduci, ut unā cum illis pereat.

Olofernes, Achior,
Proceres.

Narrate mihi, uos Chananaei, de istius nationis hominibus, qui in montanis habitant: quas incolant urbes, quantam habeant copiarum multitudinem, quare plurimam ualeant & possint, quo rege & exercitus duce utantur: & cur soli ex Occidentalibus mihi obuiam uenire neglexerint. A. Audi domine orationem serui tui. Enunciabo tibi rem omnem, ut sese habet, de gente ista montana, quae finitos tibi fines incolit: neque ullum ex ore meo mendacium excidet. Homines sunt enim V. ^a prognati à Chaldaeis, qui principiò Mesopotamiam incoluerunt. Cum enim deos patrios Chaldaeos fuit. deorum detrectarent: patrijsq; moribus relictis,

unum

Abraha
enim V.
haldo-
loriūdus

LIBER III.

177

unum sibi Deum cœlestem ad adorandum delegis-
sent, ab illis exagitati, in Mesopotamiam aufuge-
runt. Ibi cum aliquandiu commorati essent, iussi à
Deo suo in Chananæam commigrare, paruerunt. ato
que in Chananæa commorati, magnum auri argen-
tiq; & pecoris numerum comparauerunt. postea
dominante fame, in Aegyptum deuenierunt: ubi tam
diu incoluerunt, donec in innumerabilem homi-
num multitudinem excreuerunt. Deinde cum à re-
ge Aegypti crudelius tractarentur, & lateres con-
ficerent indigne & labore seruili cogerentur, Deum
suum implorarunt, qui totam Aegyptum inelucta-
bilis calamitatum iictibus perculit. Quibus malis
coacti Aegyptij, eos tandem ab se se emiserunt. Sed
postea remisso malo, cum eos fugientes reuocare,
rursumq; in seruitutem redigere conarentur, Deus
illis mare rubrum disclusit; ita ut ab utroque latere
aqua in muri firmitatem concreta staret, qua illi
via in sicco per medium maris solum pertransiue-
runt. Eodem Aegyptius exercitus consequutus, &
qua submersus ita est, ut ex innumerabili multitu-
dine ne nuncius quidem euaserit. Traiecti mare ru-
brum, in solitudinem montis Simæ uenerunt, ubi
mortaliū nemo consistere unquam, aut habitare
potuerat: ibi dulces ex amaris fontes ad bibendum
habuerunt, & uitum de celo per quadraginta an-
nos acceperunt. Ac quocunque unquam uene-
runt;

m runt;

178 DIALOG. SACRORVM

runt, Deus eorum hostes pro eis, nullo arcu, nul-
 la sagitta, nullo scuto, nullo gladio debellavit: ne-
 que unquam huic genti resisti potuit, nisi si quan-
 do à sui Dei cultu deflexit. Nam quoties alium
 ciunt, uin Deum, quam suum, coluerunt, direpti sunt, &
 cuntur. Omnes à bello contumelias pertulerunt. Quoties
 autem Dei sui cultum repetuerunt, Deus eis coe-
 lestis resistendi uires dedit. Ad extremum Chana-
 naeos, Iebuseos, Pherezeos, Hetteeos, Heueos,
 Amorræos, & fortissimos quoque Hesbonios
 deleuerunt, eorumque agros & oppida occuparunt.
 Ac quandiu se se à Deo suo offendendo continuo-
 runt, multis bonis fructi, Deoque suo (qui improbita-
 tem odit) proffero usi sunt. Et ante hæc tempora,
 cum ab ea uiuendi ratione, quam eis Deus tradide-
 rat, declinassent, diuersis diuersarum gentium bel-
 lis profligati, & tandem frequentes in extraneas
 regiones captiui abducti sunt, eorumque & fanum
 solo æquatum, & oppida capta, & ab hostibus
 compilata sunt. Sed nunc ad Deum suum conuer-
 si, ex dispersione ac dissipatione congregati sunt,
 desertosque mortes occuparunt, & Hierosolymam
 (in qua eorum sacrarium est) obtinuerunt. Qua-
 re disquirendum est, Domine, si qua in offensa sunt
 apud Deum. Nam si sunt, facile eos, ipso concedente,
 superabimus. Quod si nihil ab eis est commissum,
 bello supersedendum ceuseo; ne Deo pro eis pro-
 pugnante,

pugnante, infamiam apud omnes mortales sube-

mus. PR. ^b Quis est iste, qui tantum tribuit Israe
litis, ut eos putet Nabuchodonosori posse resistere?
homines imbellis, & rei militaris ignaros, qui me
hercle unum tui, Olofernes, exercitus impetum su-

etimere non poterunt. Inuadamus modo, & Achio-
ri ostendamus, eos posse superari. o. Quoniam

tu nobis istud oraculum, preclare uates, edidisti, Is-
raelitas à Deo suo defensum iri, ut intelligas ^c unum
esse deum Nabuchodonosorem, contra cuius iniui-
ctam potestatem ne illorum quidē Deus stare pos-

sit: nos, qui ab eo miseri sumus, illos ad unum fundi-
tus ad internectionem ita delebimus, & equitatu pro-
culcabitus, ut eorum montes sanguine redundant,
& campi corporibus compleantur: citiusque illos
ad fugam, quam nos ad perendum uires deficient.

Hec est totius orbis domini Nabuchodonosoris
indeclinabilis sententia. ^d At tu Ammonitarum mer-
cenarie, Achior, qui tam diuinum nobis oraculum
effatus es, esto sanè tantæ particeps potentie,
& quos nobis anteponis, ad eos desice, ut cum eis
potius ut dignus es pereas, & inter eos à nostra
acie contrucidatus des poenas. Quid si tantum tuæ
superstitioni confidis, ut me, quæ juscipio, præsta-
re non posse credas, quid metu exalbescis? Hic tibi
tuta sunt omnia. non peribis, nisi cum illis, quos pe-
rire non posse uaticinaris. Vos mei satellites, abri-

^d Impij ec-
cum pijs n
mero hab-
fautores i
rum.

180 DIALOG. SACRORVM
pote hunc Betuliam, ad suos Israclitas: ut illorum po-
tius exitij, quam nostræ sit socius uictorie.

S E N T E N T I A .

Veritas inuisa mundo. Etiam de ueritate ro-
gantes, ueritatem audire nolunt. Assentatorū
plenæ sunt domus, aures q; potentium. Assen-
tatem qui amat, ruinam amat. Casum ante-
cedit superbia.

I U D I T H A . Iudithæ s.

A R G V M E N T U M .

Iuditha Betuliensum primates obiurgat,
quod de urbis deditione pauci sint: & eos con-
solata, feso ad eis succurrendum parat.

Iuditha, Ozias, & cæteri
Senatores.

Attendite primates populi Betulensis. Promi-
stis populo, & quidem interposito iureiu-
rando, uos urbem hostibus post quinq; dies esse de-
dituros, nisi Deus uobis interea tulerit auxilium. Ita
'ne uero tempus diuinæ statuitis misericordia: & ei
diem uestro arbitrio dicitis? Hoccine tandem est De-
um ad clementiam pellicere? an ad iracundiam insti-
gare? Dicite mibi, uos qui Dei uoluntatem in cer-
tum quoddam curriculum includitis, potestis ne,
non dicam Dei, sed hominum animos, qui sit, & con-
suum, peruestigare? Quid Dei horum omnium au-
toris? mentem ne eius tenetis? Nihil minus, fratres.
Nolite

RVM
utilioram po-
nie.
unitate ro-
tum. Allen-
alum asta.

oburgit,
& eos coa-
at.

ensis. Promi-
sto irrec-
- dies esse de-
auxilium. illi-
coria dicitur.
andem ejus de-
cundum in-
statem in ce-
, potestis in-
qui sit, & in-
in omnium de-
pius, fratre
Nolte

LIBER III.

182

Nolite Dei iram prouocare qui si nolit intra quinque dies auxiliari nobis , at potest intra quot uolet , potest nos quolibet die uel tutari, uel hostium crudelitati obijcere . Vos uero nolite Dei quasi uadari consilium . Neque enim is est , ut aut minis , hominum more , terrendus , aut arbitrio cuiusquam sit coercendus . Quare expectemus ab eo salutem , eiusq; auxilium petamus . Spero eum , pro sua facilitate , nostras preces auditurum , præsertim cum nulla hodie in nostro genere neque tribus extet , neque natio , neque populus , neque ciuitas , quæ deos colat fabriles : quæ res superioribus temporibus in causa fuit , ut patres nostri bello & direptionibus uastati , & ab hostibus magna clade concisi sint . At nos alium Deum non agnoscimus : unde sperare debemus , cum non esse nos nostrumq; genus despcturum . Quod si in hostium potestate uenimus , non tantum nobis nocuerimus , sed etiam reliquæ iudeæ , nostraq; sacra-ria depeculanda reliquerimus : quorum pollutio nem , & consanguineorum nostrorum metum , & nationis captiuitatem , & nostrarum possessionum uilitatem Deus temeritati nostræ accepta seret , & à nobis penas reposcet , ubi cuncti gentium sumus seruituri , ut à nostris dominis indignitates omnes & immixtae nobis sint perferenda . Neq; enim talis seruitus Dei gratiam , sed hominum afferet infamiam . Quamobrem fratres (quandoquidem

m 3 à uo-

182 DIALOG. SACRORVM

At doctori b. à uobis aliorum animi pendent, uobis sacrarium,
 spēder po uobis fanum, uobis ara nittitur) demonstrare con-
 pulus. sanguineis nostris, non esse desperandum, contrā;
 quicquid acciderit, fortiter esse & constanter fe-
 rendum: c. Deoque in his omnibus gratias agendas,
 tiā aduer- qui nos tentat, sicut olim patres nostros tentauit.
 res inter- Recordamini Abrahamum, Isaacum, Jacobum, Mo-
 Dei bene- sem, denique omnes ueros Dei cultores & amicos,
 io immi- quot, quantos, quam uarios perpetui sint dolores.
 tuntur. Constituite nunc altera ex parte eos qui Dei peri-
 clitationis impatientes, contemptius de eo, & gra-
 uius & senserunt, & loquuti sunt, ut foedè per-
 diti, & à serpentibus exanimati sint. Quare ne ho-
 rum desperationem sequamur, sed illorum supe-
 riorum fiduciam imitemur, cogitemusq; nos, non
 ut hostes extremo supplicio affici, sed ut seruos
 fontes salutari uerberationis medicina corrigi.
 o.z. Recr̄ tu quidem omnia, & qua nemo ne-
 get. Neque nunc primum tua prudentia, intelli-
 gentia, consilium innotescit: quin iam ab ineunte
 ætate uulgò compertum est, ista esse in te singu-
 laria. Sed & plebem sitis ad efflagitandum, & nos
 plebs ad iurandum adegit, quod iusjurandum uiol-
 lare nobis nefas est. Quocirca precare tu pro no-
 bis Deum, qua pia & religiosa mulier es, ut plu-
 uia nostros lacus implete, ne siti deficiamus. IV.
 Quemadmodum igitur id quod dixi, à Deo esse sen-
 tiiis:

itis: ita etiam
 proficiscatur,
 meum consiliu-
 m, quod om-
 nos hac nocte
 exhibeo. ac spero
 hō deditio nem
 e. Sed nolo u-
 que enim uobis
 quam aliud, ni-
 vere. o.z. Ben-
 ionem preceunte

Deo pref-
 tium in sum-
 mandum est,
 dum.

OL

Juditha ad
 hom promitt
 Excub

C Vias es
 breis su
 tuos in uestran
 ad Olofernen
 Granata aperiam

RVM
is sacrae,
onstrare con-
sum, correig-
conflater p-
atus egidas,
feros tentau-
Jacobum, Mo-
res & amicos,
i sunt dolora
qui Dei per-
de eo, & gl-
ut fratré pa-
gare ne ho-
orum supe-
usq; nos, no-
, sed ut seruo-
ma corrige-
que nemo tr-
denta, innulla-
iam ab invento
ffe in te sag-
tandam, & m-
surandum in-
care tu pro-
mili es, ut pl-
ficiamus. in
i, i Deo offe-
runt

LIBER III.

183

titis: ita etiam id quod facere decreui, an ab eodem
profiscatur, periculum facite: Deumque orate, ut
meum consilium comprobet. Sum enim facimus edi-
tura, quod omnis posteritatis memoria concelebret.
Vos hac nocte ad portam eritis: ego cum ancilla mea
exibo, ac spero fore, ut Deus intra dies, post quos ur-
bis ditionem concessit, per me Israelitis subueni-
at.⁴ Sed nolo uos in meum propositum inquirere (ne-
que enim uobis, nisi re perfecta, enunciabo) neq; quic-
quam aliud, nisi Deum pro me usq; ad meum reditū
orare. o z. Bene uale, Deo tibi ad hostium ultionem
uiam praecunte.

d Grauij
riculosaq;
filia nem
(nisi cog
necessitas)
refacienda
suis.

S E N T E N T I A.

Deo prescribendum non est. In sortibus e-
tiam in summa desperatione de Deo bene spe-
randum est. Magnum est in innocentia præ-
dium.

O L O F E R N E S. Iuditæ 10.

A R G U M E N T U M.

Iuditha ad Olofernem perducta, ei per do-
lum promittit de Iudeis uitoriæ.

Excubitores, Iuditha, Milites,

Olofernes.

C vias es mulier? unde, & quo? 1. Ex He-
brais sum: quos quia exploratū habeo uen-
tueros in uestram potestatem, ab eis transfugio, meq;
ad Olofernem imperatorem recipio, ut ei illorum
arcana aperiam, uiamq; demonstrem, qua omnibus

m 4 molla

184 DIALOG. SACRORVM

montanis, sine suorum cuiuspiam cæde, potiatur.
 20. Béne tuæ uitæ profœxisti, quæ ad dominum
 nostrum uenire, & citò uenire decreueris. Noste
 ante eum sistemus. Quò cum peruenieris, nolito a-
 nimō formidare, quo minus rem omnem ei expo-
 nas. Nam hoc tibi confirmare possumus, te eo bene-
 ficio esse usuram. Deducamus eam ad Imperatoris ta-
 bernaculum. Vos reliqui interea excubias nibilo mi-
 nus habete. Nos centum eam ducemus. M. Heus
 tu, quò tam manè, tanto studio & frequentia festi-
 natur? A. Dicitur, transfigam quandam He-
 bræam ad Imperatorem duci, quæ si mirabili pul-
 chritudine. M. Accurramus. O' uenustatem incre-
 dibilem. Quis militiam detrectet aduersus Hebreos,
 qui tales habeant mulieres? pro quibus pugnando oc-
 cumbere quis dubitet? I. Salue Imperator maxi-
 me. O. Alleuate eam mei satellites. Bono animo
 es mulier, depone animi metum. Nam ego nemini un-
 quam malefeci, qui terrarum orbis domino Nabu-
 chodonosori seruire uoluerit. Quod nisi tui me, mö-
 tium fidentia, contempſſent, nunquam ego meam
 in eos hastam uibravifsem. Sed ipsi sibi malum hc c
 conflauerunt. Verum dic mihi, quam ob causam ab
 Saluti erit eis ad nos perfuga transferis. Nam ad salutem ueni
 i aduictus ^{tuus.} sti. sume animum: uiues & in hanc noctem, & in po-
 Bene se res sterum. neq; tibi quisquam officiet: contraq; tecum.
 i habebit. bene agetur, quomodo solet cum seruis domini mei

regis

RVN
de, potius
e ad dominum
eueris. Nost
ri, natus a
mem ei expo
ue, te co bene
imperatoriis u
bias nubilo m
is. M. Hoc
queniam festi
quandam Et
mirabilis pol
statem incen
su Hebreos,
pugnando et
operator maxi
s. Beno enim
ego neminius
domino Nabo
nisi tui me p
uan ego man
sbi malum in
m ob causam
ad salutem un
oitem, & imp
ontrag-tem
rui dominum
rgs

LIBER III.

185

regis Nabuchodonosoris. 1. Attende igitur, quæ dicam, domine, & ea memoriae manda. Dicam autem nihil uanum (absit) sed ea dicam, quæ si sequi uoles, rem tibi perfectam tradet Deus, neq; tuus te conatus frustrabitur. Ita uiuat omnium terrarum rex Nabuchodonosor, & eiusdem tibi concredita potestas, à quo ad omnes mortales corrigendos missus es, ut per te non solum homines illi seruient: uerum etiam seræ, pecora, uolucres sub eius imperium tua uirtute subiicientur. Nam non solum de tua sapientia, tuisq; ingenij acumine fama apud nos percrebuit: sed etiam per omnes iam oras sermones dissipati sunt, te unum esse toto in regno optimum, potentissimum, & in rei militaris prudentia admirabilissimum. Iam uero Achior que in tuo concilio dixit, & quæ tu ei respondisti, audita nobis sunt. Nam com prehensus à Betulensiis, rem omnem eis exposuit, Cuius tu caue ne orationem negligas, sed memorias tradas: est enim uera, neque enim superari, neque armis debellari natio nostra potest, nisi Deum suum scelere aliquo sibi infestum reddiderit. Quare ne tuus labor irritus & inanis fiat, expectandum est, dum scelus quoddam, quod iam in animis conceptum habent, commiserint: quo scelere cum Deum irritauerint, facilem & sibi perniciem, & tibi uictoram conciliabunt. Cum enim commecatu & aqua deficiantur, statuerunt pecora

m

5

inuadere:

186 DIALOG. SACRORVM

inuadere: & quæ gustare Deus in lege uetus, omnia
decreuerunt insumere, frumentiq; primitias, & uini
oleiq; decumas (quæ seruabant dicata sacerdotibus,
qui Hierosolymis apud Deum nostrum ministrant)
consumere habent in animo, quæ nec manibus tange-
re cuiquam profano fas est. Idq; ut sibi facere liceat,
miserunt Hierosolymam (nam et Hierosolymitani
eadem fecerunt) qui sibi potestate à senatu affe-
rant: qua potestate ad eos relata, facturi sunt quod
dixi, & tum demum in tuam potestatem uenturi. Ho-
rum ego omnium non ignara, ab eis aufugi, eius mo-
di erga te facinus ex Dei mandato editura, ut ad eius
auditum omnes sint mortales admiraturi. Sum enim
religiosa, coeliq; præpotentem Deum noctes diesq;
colos. Interea apud te commorans, domine, noctu iti-
tabo in uallem, Deumq; precabor: qui ubi me certio-
rem de eorum perfecto scelere fecerit, ueniam id tibi
indicatum. Tum tu cum omnibus copijs, nullo ex eis
repugnante, profisceris. Te ego per medianam lu-
dæam ad ipsam perducam Hierosolymam, tuumque
currum in media urbe sistam, ut eos tanquam pasto-
re destitutas oves abigas, nullo tibi nec cane obla-
trante. Hæc ego, mihi præsignificata, & prænuncia-
ta, ut tibi enunciarem, missa sum. O L. Bene fecit
Deus, quod te populo præmisit: quæ res et uobis ui-
ctoriam, & domini mei contemptoribus perniciem
afferat. Quod si tu quam es & forma eleganti, &
oratione

oratione elog
Deus tuus mi-
domestica per-
seru, ducite h-
dimenta pre-
higylare tu-
separare eis que-
cum habes de-
mact cum ue-
tibene uitias
que habeo, q-
uit facere.

Qui ue-
mendaci-
dit, is me-
chirudo
qui repud

V

Juditha
tuliam, po-
tendes, ei
inde quo
Achiori

LIBER III.

187

oratione eloquenti, tam prestatib; quæ locuta es, &
Deus tuus mihi Deus erit, & tu Nabuchodonosoris
domestica per totum orbem celebraberis. Agite mei
serui, ducite hanc in meam cellam, eiq; de meo penit
alimenta præbete. 1. Dabis ueniam: non licet mi
hi gustare tua, nisi uelim nūhi malum conflare. Sed
uestrar eis quæ mecum attuli. 2. Quid, ubi quæ te
cum habes defecerint, unde tibi talia subministrabi
mus? cum uestratis cibaria non habeamus? 1. Sic
tu bene uiuas, domine, ut ego non ante consumpero
quæ habeo, quām Deus per me efficerit quæ decre
uit facere.

S E N T E N T I A.

Qui uerum audire non uult, dignus est qui
mendacijs decipiatur. Qui ueritati non cre
dit, is mendacio facile capitur. Mulieris pul
chritudo & oratio fallax. Bonum consilium
qui repudiat, is in malum consilium cadit.

V I R A G O. Iudithæ 13.

A R G U M E N T U M.

Iuditha noctu caput Olofernis ferens Be
tuliam, portis apertis intrat, & caput illud o
stendes, eis quid facto sit opus praescribit. De
inde quonam pacto Olofernem interfecerit,
Achiori narrat.

Iudithæ

ORVII
ge uenit, penit
ritutis, & uin
ta sacerdotibus,
rum misericordi
c mandibulang
ibi facere leta,
tiero gloriosus
d senatus offi
ciori sunt quod
em uentori Ho
ufugi, et simila
ura, ut ad cia
ri. Sum emis
noctes disci
ime, noctu iu
i ubi me certi
uentam id un
ijs, nullo exi
er medianu
lam, tuuque
inquam cibis
nec cane obli
& premunt
l. Benefic
res & uobis
bus permis
eleganti, &
orvina

288 DIALOG. SACRORVM
Iuditha, Excubitores, Ciues,
Ozias, Achior.

Heus heus uigiles, aperite aperite portam.
Deus Deus noster nobis adest, qui hodie insi-
gnem & praelarum uictorie honorem tradit us-
raclitis. E. Iudithæ uox auditur, socij: descendamus properè ad portam. Conuocentur buc sena-
tores, uos incendite faces. I. Vide Abra, ut istud
caput habeas in promptu, ut id poscente me, con-
tinuo de pera, una cum uelo, depromas. Iam hic ad-
mnes ci-
ues. Prælucete funeralibus uos:
aperite portam ianitores: intromittite eam, ut ui-
deamus quid noui ferat. I. Laudate Deum, lau-
date Deum, qui ab Israelis stirpe misericordiam
suam non auerterit, sed hostes nostros hac nocte
per meas manus fregerit. En uobis caput hostis
uestri Olofernus, summi Assyriorum Imperatoris.
en uelamen, in quo ille iacebat ebrius: quem Deus
mea facie deceptum, muliebri manu occidit, meq;
euntem, manentem, redeuntem, iniuolatam, inte-
meratamq; conseruauit, neque ab illo uiolari per-
misit. Et nunc & illum uicisse, & me euasisse, &
uos liberatos esse lætor: uosq; ut Dei bonitatem
infinitamq; misericordiam prædictis, exhortor.
Ruy S. G. Agimus Deos nostro gratias, qui tibi tantam
uirtutem tribuerit, ut hodie per te nostros hostes in
nihilum redegerit. OZ. O omnium mortalium
fœmina-

foeminarum Deo acceptissima foemina: ô coeli ter-
rarumq; creatoris Dei nunquam satis prædican-
dæ laudes: qui tuum uulnus in caput principis ho-
stium nostrorum direxerit: quo facto, tantam tibi
hodierno die nominis gloriam comparauit, ut tuæ
uirtutis laus tam diu in hominum mentibus hæsu-
ra, & linguis celebranda sit, quandiu huius immor-
taloris Dei facinoris memoria durabit, quæ quidem
in tantis nationis nostræ angustijs non dubitate-
ris uitam tuam ruinæ opponere, & iam desponden-
tibus animos subuenire. I. Attendite nunc fra-
tres. Hoc caput in pinnis murorum nostrorum su-
spendetis. Deinde orto sole uniuersi armati eru-
ptionem facietis, ita ut ad eorum oppugnanda pre-
sidia descendere uideamini. Tunc accidet (id quod e-
rit necesse) ut ad Olofernus tabernaculum concur-
ratur: quo inuenio mortuo, tantus illos timor oc-
cupabit, ut praesidium sibi in fuga ponant. Tum uos
sequamini licebit, eosq; paßim Deo concedente ob-
teratis. Sed ante accessatur mihi Achior Ammo-
nita, ut Israelitarum contemptorem (à quo ad nos
tanquam ad certam necem amandatus est) uideat.
Ades dum Achior, Deus Israelitarum (cui tu testimo-
nium dedisti, ultorem esse hostium suorum) ca-
put omnium infidelium, hac nocte mea manu trun-
cauit. Quod ut ita esse credas, ecce ubi caput Olo-
fernus, qui sua arrogantia Deum Israelitarum de-

spica-

190 DIALOG. SACRORVM
spicabatur, tibiq; mortem in communi Israelitarum
cēde aſignabat. A.C. O te non ſolum in omni-
bus iudeæ domicilijs, ſed etiam in omnibus genti-
bus felicem, cuius audito nomine homines ad Deum
laudandum excitabuntur. Sed iam narram ihi,
ſi placet, quomodo te hac tota in re gesseris. I.
Principio cum hinc (ut ſcis) profecta incidiſſem in
vigiles, ab eis deducta ſum ad Olofernem, apud
quem magna omnium expectatiōne iuſſa dicere
cur adueniſſem, ſimulaui me eſſe perſugam, que
deſperatione rerum noſtrarum ad eum tranſiſſem:
demonſtrauiq; ea que ex te audiuiſſet, eſſe uera. Ne
que enim genus hoc hominum poſſe ſuperari, niſi a-
liquo facinore admifſo. Sed iam fame preſtos Israeli-
tas, cogitare uefci eis, quibus uefci lex prohiberet:
quo ſcelere ſi ſe obſtrinxifſent, facile eos uictum iri.
Quare expectaret, dum id ſcelus eſſet perpetratum:
mibiq; interea in eius caſtris uerſanti fäceret, quan-
doconque uellem, exeundi potestatē, ut Deum
precarer, & illo ſcelere commiſſo à Deo certior
fierem, eumq; de eo admonerem: tum demum enim
eſſe ſuperaturum. Credidū ille, mibiq; omnia que
petieram, concesſit. Ita triduo in caſtris uerſata ſum:
noctu interim in uallem, Deum c ſalutandi gra-
tia, uenitans, Dei q; preſens auxilium ſuppliciter
implorans. Quarto denique die ab illo ad compota-
tionem accerita, adſui: oſtendiq; me ^a quicquid im-
peraſſet,

idorandi
eius co-
kum eſſe
enturam.

perasset, esse facturam. Potatur: ipse mei cupiditate
 ardens, largius sese inuitat. Clausa coena, cum cete-
 ri, uini pleni discessissent, Vagao eunuchus taber-
 naculum externe clausit, me ibi sola relicta cum Olo-
 ferne: qui ebrietate & somno oppressus, in lecto re-
 cubuerat. Hic ego, cum pedissequæ meæ mandaui-
 sem, ut extra cubiculum manens, exitum mibi uitum
 curaret, Deum (ad illius lectum stans) cum animo
 meo orauit, ut mihi tum meis q; adesset. Deinde ad lec-
 tū columellam, quæ erat propter caput Olofer-
 nis, accedo: inde acinacem detraho, & ad lectum me
 applicans, sinistra cæsariem eius prehendo: Deumq;
 tacite precata, ut me in ea re confirmaret, collum
 summa uibis ferio: amputatoq; capite, corpus à stra-
 gula uelte prouoluo, et ablato uelo exeo, ac pedisse-
 quæ caput trado: quo in escariam peram indito, am-
 be de more, sic quasi ad supplicationem egressæ, huc
 tutè peruenimus. C. Salui sumus, reuiximus. o fau-
 stam nocte, quæ nos ab æterna nocte uindicas. A.C.
 Quanquam quod dixi Oloferni, de Dei uestri po-
 state, non aliter dixi quim sentiebam: f tamen nunc
 multo magis hac re confirmatus, credo: uoloq; dein
 ceps, non iam Israelitarum laudator, sed ciuis esse, et
 in uestrum numerum pignore circumcisionis ad-
 scisci.

f Facta fide
augent.

SENTENTIA.

Superbissimus quisque turpisima morte
dignus

192 DIALOG. SACRORVM
dignus est. Vel feminæ manu potest Deus ho-
stes suos ulcisci. Cæso duce, facile uincuntur
milites.

S V S A N N A. Daniel.13.

ARGVMENTVM.

Susanna à duobus Senatoribus (quia ipso-
rum libidini obsequi recusasset) accusata ad-
ulterij, ad supplicium damnata ducitur. Sed
diuinitus superuenit Daniel, qui interrogati-
onis prudentia Senatorum calumniam pa-
lām facit: atq; ita in ipsorum caput suppliciu-
conuertit.

Duo senatores, Concio, Susan-
na, Daniel, puer.

Audite uniuersa iudeorum concio, quamob-
rem in uestrum iudicium adducta sit hæc
Ioacimi uxor Susanna. Heri cùm nos duo iudices
in hortis eius mariti soli deambularemus, hæc cum
duabus pedissequis ingressa est. quas ubi foras a-
mandauit, hortorumq; ianuam obserauit, uenit ad
eam quidam iuuenis, qui tum in occulto latebat,
& cum ea concubuit. Nos, qui in hortorum an-
gulo eramus, anniaduerso tanto flagitio, accurri-
mus, & eos uidimus quidem coeuntes, sed illum
comprehendere nequiuimus. Nam cùm esset uale-
tior quàm nos, aperta ianua exilij. Tantum hanc
prehensam rogabamus, quis esset ille iuuenis: sed
noluit

LIBER III.

193

noluit nobis enunciare. Hec nos, impositis huic reæ
(sicut mos est) manibus testamur. C. Satis explorata
res est. ^a Senatores sunt qui testificantur: et ijdem
iudices, dubitari non potest. Plectatur capite, quem-
admodum lex iubet. s v. ^b O Deus immortalis,
qui occulta nosti: qui omnia, etiam antè quam facta
sint, perspicis: tu scis, ut hi falso contra me testi-
monium dixerint. ac uides ut capite dem poenas, cum
nihil eorum commiserim quæ isti contra me per ca-
lumniam maliciamq; commenti sunt. DVO SEN.
Non est mirandum, si turpisimum facinus inficia-
tur. Sed interim ducatur ad supplicium, ut hoc tam
detestabile facinus expietur, ne tam foeda in popu-
lo macula hæreat. D A. At ego testor, me in huius
sanguinem nullo modo consentire. ^c Quid nam
istud est, quod clamas tu? D A. ^c Ita ne stulti e-
stis, Israelite, ut neque questione habita, neque ue-
ritate comperta, Israelitidem condemnaueritis? Re-
uertimini in forum. Dico istos contra eam falsa es-
se testatos. s e. Ergo tu sedē in medio nostrūm,
et tuam nobis pronuncia sententiam, postquam
tibi senatus diuinis datur. D A. ^d Sciungite pro
cul alterum ab altero, ut eos examinem: Adducite
huc mihi istum. Vt uile annis, ueterator malicia, nunc
tua te scelerā petunt, quæ facilitabas antea cum in-
sontibus condemnandis, sōntibusq; absoluendis, ini-
qua iudicia faceres, ^e Ioua innocentem & iustum

^a Primati
temerā ci-
solet.^b Oppr-
calumaj;
ad Deum
fugiunt.^c Iudic-
antequan-
guoueris,
ticia est.^d In testi
examinan
summa ad
benda car
est.^e Cum tu
Ioua uete
&c.

n, interfici

194 DIALOG. SACRORVM
interfici uetante. Nunc igitur, hanc si quidem uidisti,
dic sub qua arbore congressos uideris. S.E. Sub
lentisco. D.A. Probè m tuum caput mentitus es.
Iam enim Dei Genius, mandato ab illo accepto, di-
omo na- scindet te medium. Amouete hunc, adducite hic alte-
udæ, fa- rum. Age ^f genus Chananaeum, non Iudaum, te ue-
Chana- nustas decepit, tua tibi cupiditas mentem peruerit.

Ita uero agebatis cum Israëlitibus, que pre metu
alier ue- in uestrum congressum ueniebant. Sed non ^s iude
idæa, hoc proles uestram nequitam sustinuit. Age igitur, sub
fortis & pudica, quallos arbore congressos deprehenditis. S.E. Sub
ilice. D.A. Tu quoque probe m tuum caput men-
titus es; tamq; præsto est Dei Genius cum enīc, qui
te medium dissecet, ambosc perdet. C. O Dei bo-
nitate immensam, & quo nunquam describuntur, qui
in eo fiduciam suam collocarunt. Abripiamus ad he-
cetem hos nequissimos & improbissimos uetus, ut
exlege eadem pœna plectantur, quam innocentio mo-
liebantur.

SENTENTIA.

Impii peccata peccatis tegere uolunt. Deus
innocentium preces exaudit. Impij in fo-
ueam cadent, quam pijs excavarunt.

CHALDAEI. Dan. 2.

ARGV

ARGUMENTVM.

Nabuchodonosor Babylonie rex Chaldeis iubet, ut somniū quoddam suum (quod ipse exciderat) dicant, & interpretentur. quod cū illi non possent, imperat eos necari.

Nabuchodonosor, Chal-dæi.

A Gite uero coniectores, augures, arioli, Chal-dæi, homines explicandi ea, quæ sunt obscuritate involuta peritis mihi, etellite hunc mihi ex animo scrupulum, meumq; mihi somnium aperite, cuius interpretationem anxius desidero. nam eam ob rem estis conilocati. **CHALD.** Vitam tibi, rex, sempernam preciamur. Eloquere sane nobis somnium: et nos id interpretando enoluemus. **N.** Obligatus sum, quod nisi uos & somnium mihi, & somniis significacionem edisseritis, & uos per summum dedecus uitam amittere, & uestræ domus a complanatur. **E.** At somnium dicens, tuum est: nos interpretationem recipimus. **N.** Enim uero uideo uos ex eo excusationis occasione arripere, quod uidetis tam re militi memoria excidisse. Sed nihil agitis. Nisi enim me hac suspitione leuatis, non potest esse dubium,

n. 2 quin

296 DIALOG. SACRORVM

quoniam uno omnes animo statueritis, me longis quibus
dam ambagibus pessime deludere, et tempus consu-
mere dicendo. Quamobrem eloquimini mihi som-
nium, ut intelligam, uos interpretari etiam posse.

C. Nemo est in terra, qui istud prestare possit: ne-
que quisquam unquam rex, aut princeps, aut domi-
nator tale quid que sibi ex illo aluum. Est enim,
quod tu rogas, omnino difficilius quam quod possit
quisquam expedire, preter unos deos, qui inter mor-
tales non uersantur. Q. Papae: ergo uos prouersus
inutiles estis, et hominum animis, inani preclaræ
rei professione, tenebras offunditis. Quis uestri erit
uictus? Comprehendite satellites, colligate, abducite ad
extremum supplicium istos omnes nebulones. Iubeo
ego atque impero, totum hoc tam indoctum et insi-
piens doctorum et sapientum genus, ad necem tra-
hiri: ut quorum nullus in ultius usus est, eorum mors sit
uiuentibus salutaris. *Dum dubitabam*

SENTENTIA.

Deus sapientium sapientiam perdit. Deus
sapientes huius mundi implicat inexplicabi-
liter.

DANIEL. *Dan. 2.*

ARGUMENTVM.

Daniel Nabuchodonosori somnium ipsius
dicit & interpretatur: quod quidem est de
quatuo-

LIBER III.

197

quatuor mundi imperij, uidelicet Chaldeorum, Persarum, Macedonum, & Romanorum. quibus succedit regnum Christi, quod omnia illa abolet.

Daniel, Ariochus, Nabucho-
donosor.

Noli interimere istos sapientes. Arioche, quos
quisit rex occid. Sed deinceps ad eum, ego
suscepio interpretationem. **A.** Placer, sequere me.
D. Sequor. **A.** Natus sum hominem ex capti-
uis Iudeis, o rex, qui pollicetur interpretationem.
N. Tu ne sis es Baltasar qui possis mihi & quid in
sommis uiderim, et quid id significet, effari. **D.**
"Quod queris arcatum, o rex, non sapientes tibi,
non coniectores, non arioli, non prodigatores pos-
sunt explicare. Uerum est in celo ab auditu demon-
strator Deus, qui ea tibi premonstrat, que olim e-
uentura sunt. Igitur tuum somnum, et uisum quod
tibi secundum quietem occurrit, huiusmodi est. Cum
in lecto cubiculari iaceres, in cogitationem uenisti,
quid posthac saturum esset: Id quod ubi ignorum
ille doctor declarat. idemque mihi, non propter ex-
cellentem sapientiam, qua unus ceteris mortalibus pre-
stet: uerum mihi idem aperuit, quo tibi plana facia ea
quaerere tu cum tuo animo cogitasti. Tibi in somnis obiecta

n 3 est

198 DIALOG. SACRORVM

est species quedam misitata magnitudine simulari, ante tuos oculos stanis, aspectu terribili; cuius caput erat ex auro probatissimo pectus et brachia argentea, uenier et femora aenea: pedes partim ferrei, partim cretacei. In eo spectando dum uerbi hæres, laxum sua sponte auillsum incidit in eos pedes, eosq; contriuuit quod calu confactum simili est ferrum, creta, as, argentum atque aurum: omniaq; fragmenta uenius, tanquam estate stipulas ex arcu scis sustulit ne uestigio quidem relicto ipsum autem laxedum, quo ieta est statua, mutatum est in ingentem montem, qui totum terrarum orbem compleuit. Et hoc quidem est somnium. Iam interpretationem addemus. Tu rex es regum: tibi coelestis ille Deus nobilissimum regnum, et præclarissimam largitus est potestatem: omnesq; homines, quotquot ubique terrarum sunt, terre tresq; bestias, et aeris uolucres sub tuum imperium ditionemq; subiinxerit. Ita tu caput aureum. Post te autem existet aliud regnum tuo deterius, id est argenteum. Deinde aereum, cuius ditio late in omnem terram patebit. Post, quartum surget, durum, et plane ferreum. Ut enim ferri auritate omnia alteruntur et communiantur, ita eius imperij violentia et rigor omnia violabit nanum. Et contundet. Pedes autem, pedumq; digitos quod vidisti partim ferreos, partim fictiles, regnum illud dissipidens erit, et ex parte ferreum rigorem obliterabit.

LIBER ALI

199

bit, sicut uidisti ferrum cum argilla coniunctum. Illa
uerò digitoru, partim ferro, partim argilla constat.
um diuersitas, regni inaequallitatem loquitur, quod
parim ualeat, parim debile futurum est. Quodq;
ferrum illius argilla coniunctum: illi quidem pro-
pinquitate inter se coniungentur, sed inuicem non
coherbunt, quomodo ferrum in terram ferrum in-
ri non potest. Eius regni tempore suscitabit Deus ^{g. Christi}
regnum nulla unquam temporum serie delendum,
neq; ali genti tradendum, quod quidem franget ex ^{g. gnum mun}
abolebit omnia illa regia. Ipsi ergo permanebit in
sempiternum. Demagodum uisus in rube luxuri
nulla manu eritum quod ferrum terram, argen-
tum, aurumq; perfregit. Ita Deus ille maximus tibi
præsignificat ea quæ post hoc tempus futuras sunt.
estq; somnum certissimum, et cum re ad uerbu con-
ueniens. N. O immensam ineffabilemq; sapientiam,
o præfumum et ingeniosum intellectu: afferte hic
cittadores et libanum. Dignus est, cui sufficiantur
ant, cuiq; diuini honores presentur. O Baltasar, ue-
ster Deus uere Deus est deorum regnumq; domina-
tor, et obsecrorum explicator: postquam tu rem
tam profunda ignorantis caligine demersam, po-
tuisti in lucem truere.

S E N T E N T I A.

Deus arcana sua pijs, & per pios etiam
n 4 alij

209 DIALOG. SACRORVM
alijs patefacit. Omnia in deterius abeunt usq;
ad aduentum Christi. Christi imperium æter-
num est.

F ORNAX. Dan. 3.

A R G V M E N T U M .

Nabuchodonosor Babylonie rex, erectam
se statuam auream imperat à cunctis suis po-
polis cōgregatis adorari. Hoc cum Sidracus,
Mesacus, & Abdenago Iudei facere recusa-
sent, in ignis fornacem coniiciuntur. Sed cum
ab igne indemnes fuissent, Nabuchodonosor
iporum Deum, solum esse confessus, imperat
adorari.

Sidracus, Mesacus, Abdenago, Prä-
co, Delatores, Nabuchodo-

*N*ostri S. B. mi nosor, Proceres.
Quodsum pertinet tanta hominum multitu-
do, à tam diuersis nationibus, in hunc lo-
cum conuocata? M. Nescio: nisi quodd,
dum uideo inmanem illam statuam iussu regis ere-
ctam, metuere incipio, ne quid rex impium cogitet.
A. B. Ego quoq; ualde commoueor: ac ne uelit eam
adorari, ueror. s. Quid agemus igitur, si iusse-
rit? A. Nos uero non adorabimus, nam hoc qui-
dem esset, Deo cultum renunciare. s. Qua tandem
istud ratione? A. Rogati? Hominem, uiuam Dei im-
mortalis

LIBER III.

mortalis effigiem, ad pedes inanis & stupidi rei mor
 talis simulachri procumbere? Quid indignius, aut
 magis impium fieri aut cogitari potest? M. At li
 cebit, periculi deprecandi gratia, cultum simulare,
 cum tamen animus in Deo semper fixus habeat. A.
 Apagelis. Satis ne se uiro probaret mulier, si, cum
 alteri corpus suum prostatueret, se tamen uirum su
 um semper in animo ferre diceret. Hecce tibi exca
 usatio uideretur? M. Nequaquam. A. Atqui
 non minus est hoc absurdum. Tu ne, qui unus es, te
 ipsum diuides, & alteram tui partem Deo, alteram
 a Veioi addices? Quæ tanta animi mollities est, aut
 quæ peruersitas, nos, quos honestum esset propter
 mortales dominos quamlibet mortem oppetere, qui
 que^b id in alijs laudamus, metu frangi, & ab officio
 & pietate erga Deum immortalem deducis? s. Quid
 ergo censes? A. Subeundum quemuis cruciatu^a po
 tius, & fortiter occumbendum, quæm tantillum mo
 do de uia deflectendum. s. O' masculum pectus.
 laudo te. Evidē ita sentiebam, sed uolui quid animi
 haberes tentare. Verum edicitar silentium, & video
 in loco edito præconem: audiamus quid proclamet.

P.R. Pax sit rebus. Edico uobis, qui ex qua cuncta na
 tione populo, lingua præsentes adestis, ut simulatq;
 sonū audiatis tuba, tibia, citbare, sambuca, psalterij
 symphonie, et reliquorū cōcentuum, procumbatis,
 & signū aureum adoretis, quod rex Nabuchodonoso

202 DIALOG. SACRORVM

for erigendum curauit. Quod si quis non paruerit,
continuo in igne cadentem fornacem iniicitur.

S. Deum immortalem, quod scelus uideo? Eo ne
impietatis & insaniae prolabi homines, ut id tan-
quam Deum colant, quod hominum manu factum,
homine deterius est, & inferius. M. O'uesaniam:
illud uide sis, ut prociderunt omnes? Ego certe cen-
ties mori malim.

D. L. Videtis ne illos tres
Iudeos, qui non procubuerunt? A. L. Video: enun-
ciandum id est regi. D. L. Recte sanè, eamus ad

ecum. A. B. Adeo ne concidisse constantiam, ut in
tanto numero nullus sit, quem non labefactauerit
metus? D. Optamus tibi, rex, uitam quam longissi-
mam. Tu edicto cauisti, ut omnes audito cantu
musico procumberent, & aureum simulacrum a-
dorarent: rebellibusque poenam descriptissi, ut igni
cremarentur. Nunc homines quid am iudei, quos tu
procurationi Babylonicae prefecisti, Sidracus, Me-
sacus, & Abdenago, tuum edictum contemnunt, ne-
que eosdem tecum deos colere, neque statuam adora-
re curant. N. Ita ne est? Ergo inuenientur, qui
meum imperium detrectent? ergo ego non maxi-
mus? Properate, adducite eos propere. D. Fiet.

N. Iam ego eos docebo, quid sit mihi non obedire:
iam efficiam, ut sciant me esse regem. D. Adduci-
musti tibi homines, ô rex. N. Itane est Sidrace, Me-
face, & Abdenago, ut uos nego: meos deos ueneremus

ii,

s non parveri,
com imjectur.
us uides Eo ne
nes, quid tan-
tum manu fistum,
O Iesu nunc.
Ego certe cer-
nis ne illos tres

Video cenua
fanè, canus el-
lantiam, ut is
abefat auens
quam longi-

quidito canta-
nulacrum e-
stis, nigris
pudet, quod ta-

ndratus, Mi-
trennumque
tum ador-
uentibus qui
non men-

b. Fin-
non obser-
vare. Ad-
Siderat et
co Nescire

LIBER III.

203

ni, neque auream statuam à me erectam adoretis?

Quid? ^c nunc saltem non estis parati, auditis cōcen-
tibus musicis, accidere ad eam? Nam nisi facitis, ^c Cupieba-
tim in eos a-
protinus in fornacem immittemini. ^d Ecquis uero
est Deus, qui uos à meis manibus liberet? ^e s. Nihil
sumus solliciti, quomodo tibi ad ista respondeamus.
Est Deus, quem nos colimus, qui & potest nos ex
flammis seruare: & ex tuis manibus, rex, pro -

fecto seruabit. **Quod esti** ^e non ita esset, tamen omni-
no(ne tu erres) neq; deos tuos coleremus, neq; an-
te statuam inclinaremur. **N.** Prob deūm atq; ho-
minum fidem: tanta esse quenquam audacia, ut au-
sit mibi in os repugnare? ^f Itc, comportate ligna, ^f Principe
subiçite igni alimenta, efficite euna septuplum hu-
ius qui nunc est. **Vos uero** ô fortissimi uiri totius poni agerr
exercitus, comprehendite hos tres uiros, colliga-
te. **Eia, quid statis?** nihil opus est detrahere uestes.

uincite una cum omni amictu. **Hem,** sic uolo. præ-
cipitate eos in flammatam. Videamus quid posset co-
rum Deus. properate ignai. ego uobis hoc sce-
piro communiam capita. **Pape,** uidete ut & flamma ^g Sic impi
eos hauserit, qui ipsi in flammatam alios coniecerunt. ^g accidet ar-
bunt aliqui
Sed quid? ô rem miraculi plenam: quid ego video? ^h do, qui in p-
Eho, mei proceres, non ne tres uiros in ignem con-
strictos iniecimus? **P.** Factum, rex. **N.** Atqui
ego video quatuor uiros solutos, in media fornace ^h Is erat D
ingredientes, illas os & indemnes: quorum ^b quar- ^b Genius,
tus

204 DIALOG. SACRORVM
tus forma est augusta, & planè diuina. O' rem inau-
ditam. Accedam propius ad ostium fornacis. Heus Si-
drace, Mesace, & Abdenago, summi Dei cultores, e-
xite huc. s. Adsumus, o rex è torrida flamma, di-
uina benignitate erepti. P.R. Dij boni, quid hoc
rei est: quanta miracula hodie cernimus? Videte ful-
tis, ut ignis in horum corpora nullam uim habuerit:

ut ne pilus quidem crematus sit: ut amictus integri,
nulla flammæ nota inusti sint. n. Gratias ago
Deo Sidraci, Mesaci, & Abdenagonis, qui genium
suum miserit ad liberandum sui cultores: qui ipsius
fiducia nixi, spredo regis editio, maluerunt sua cor-
pora ad cruciatum tradere, quam ulli Deo, preter-
quam suo, illum cultum aut honorem habere. Itaq;
decerni placet, decretumq; in omnibus omnium
linguarum nationibus & gentibus promulgari, ut
qui male de hoc Deo dixerit, turpisimo exitio ple-
ctatur, eiusq; domus publicetur & euertatur, ut il-
lius facinus memoria & nomine loci notetur. Nam
preter hunc unum, presens ac salutis præpotens
Deus nullus est.

S E N T E N T I A .

Maxima pars mundi homines magis metuit
quam Deum. Mori satius est, quam simulachra
colere. In iustissimum quemq; grauissime se-
viant principes huius mundi. Deus suos no-
uit uel ex medijs flammis eripere. Pij patien-
tioriunt.

BAL-

LIBER III.

205

BALSASAR. Dan. 5.

ARGUMENTVM.

Accersitus ex matris cōsilio à Balsasare Bā
byloniæ rege Daniel uates, ei legit & expla-
nat scriptum manus in pariete, quod Chaldei
non potuerant.

Balsasar, Regina,

Daniel.

Nullum' ne esse ē uobis, qui hoc legere & ex-
planare posse. O' homines ad nullam rem
idoneos. Quid attinet uos in tanto honore esse, si cu-
maxime opus est, tum minime potestis. R. Regem
multum diuī saluere iubeo. Aladiu tu tu te crucies
& castues, quod nemo possit tibi hoc scripū enuclea-
re. Sed ne te afflita, neue tantopere pertimacce. Mirum
Vix est quidam in tuo regno, mente sanctissimorum
deorum prædictus, cuius excellens perfectiā; doctri-
na, peritia, sapientia, tempore patris tui cognita per
spectā; fuit: quo nomine rex eum magorum, ariolo-
rum, diuinorum, Chaldeorumq; magistrum esse uo-
luit, quod eum Danielē (nam id est et nomen, quan-
quam rex Baltasarem nuncupauit) compertū esset
singulari ingenio & prudentia ualere, inq; somnijs
interpretādis, ambiguisq; aperiēdis, & obscuris de-
clarādis lögē alios omnes antecellere. Proinde si me
audies, euū euocabis, ut te ista difficultate liberet. B.

EHOCE.

Mirum
Danielē B
afari, no
te omnes
q; uos uer
in mentē,
sertim ab
us patre
honorati
Sed sic es
si uates a
sic occu-
solent, ui
rorū aut
la, aut c
sera fiat
tio.

206 DIALOG. SACRORVM

docetur Jane. R. Mox aderit ne trepidia. D. Adsum tuo acceritu, o rex. B. Tu ne es ille Daniel,
 ec captiui iudeis, quos meus pater hic e iudea
 traduxit. D. Etiam. F. d. Audi te afflatu augu-
 stissimorum decorum agi scientiac; & prudentia atq;
 sapientia facile principem esse. Eam qd rem te ad
 uocauit. Sed quam ad rem. Audi. Cum hie leo folu-
 toq; animo obipare conuicaret, una cum me re-
 gni optimibus, ecce extituit etiam quis in manus
 que dicitur inscriptu in teclorio parteus erigente
 candelabri, ea que tu iudes, qd ex dictu tua eu-
 bilingi tauri omnes Babylomis sapientes; sed eorum nemo
 non modo interpretari. Te ne legere quidem po-
 test. Te autem accepit implicata euoluere, & obscu-
 ra optime declarare posse. Nunc itaque si potes hoc
 legere, & mihi quid sit eloqui, purpura & aureo
 torque insignitus, tertium regni principatum ob-
 tinebis. D. A. I. Quia hoc dona habeo, qd ea diligar-
 gitor. Ego tanen hoc scriptum & legam, & tibi
 planum faciam. Itaq; ades animo, o rex Nabuho-
 donosori patri tuo olim targiu est Deus magni-
 cum regnum, splendor ema certum: qua de cau-
 sa omnes eum gentes & nationes trepide merue-
 bant; quippe qd quo scundu iugum erat. Intercep-
 tibus seck ret, cedarret, efferrret, deprimexet. Sed cum iam se-
 cundis rebus claris, intemperanter superbarer, &
 animos tolleret, de solio deturbatus est: & omni

Aplo-

LIBER III.

Blendore amissio, ex hominum consortio electus
tum in brutam naturam sensumque translatus, inter se
ras habitauit: & herbarum pastu, dum ritu delecta-
tus, uentos imbreseq; & cimnes naturales cœli mu-
tationes nudato corpore pertulit: donec tandem re-
cognouit summum illum Deum, terrestris huius im-
perij principem esse, & ei quem uel ei præficeret Tu
quoq; Balsasar, qui es eius satu editus, nihil te mo-
destiorem præbusti, ^d cum tamen ea omnia præcla-
re scires: sed te contra celorum Dominum in solen-
tius gesisti. & nunc uasa terrestris eius domiciliis
proferri iussisti, quibus tu, tuiq; proceres, & uxores,
tum iuste, tum concubinæ, in bibendo uino abusi-
stis. Quinetiam deos celebravisti aureos, argen-
teos, æreos, ferreos, ligneos & lapideos, qui neque
cernunt, neque audiunt, neq; sentiunt: Deo autem in
cuius manu tua uita & facia omnia sunt, nullum ho-
norem habuisti. Quare ab eo missa est hæc manus,
cuius scriptum hoc est: Mensus est, mensus est, pon-
derauit & diuisi. Sensus autem: Mensus est, men-
sus est Deus tuum regnum, & id consummavit. Pon-
derauit: ponderatus es in trutina, & inuentus le-
uior. Diuisi: diuisum est tuum regnum, & Medis Indus
Persisq; distributum. End Indus

SENTENTIA.

Quum maximè opus est, tum minimè iuant huius mundi sapientes. Quum trepi-

208 DIALOG. SACRORVM

Ester reginam. dat et nihil potest humana sapientia; tu maximus exerit diuina. Qui alieno exemplo non sapit, is suo periculo maloque dignus est. Hominum imperia in Dei sunt arbitrio.

H A M A N . Ester 7.

ARGUMENTVM.

Ester reginam regi Assuero patefacit perfidiam Hamanis in Iudeos, eamque ob causam rex illum iubet in crucem tolli, ab eo ipso etiam ad tollendum in eam Mardochaeum Iudeum.

Assuerus, Ester, Haman,
Harbona.

Assuerus. Caud. Autem sancte et prolixè a te accepti sumus regina, uxor charissima. Quamobrem roges iam quidlibet licet, id rogatum feres. Dic quid petas: uel sit amictum regni mei, tamen impetrabis. E. Si quidem habeo te propitium, o rex, et si ita tibi uideatur, uitam mihi, meisque popularibus concedes. Hoc unum peto. Nam sumus proditi, et indignissimo crudelissimoque exitio destinati. Quod si seruituti addicceremur, equidem tacita seruem: quamquam indignus es et hostis, qui tantum regi damnū compararet. A. O superi, quis hominū est tam audax, ut id ausus sit etiā cogitare? aut ubi est? E. Ecce hic adest hostis infestissimus, homo hominū quantum est pessimus, Haman.

A. Proh

prima LIBER III.

209

A. Proh Deum atq; hominum fidem: o cœlum o terra,
ardeo. tanta inuentum esse quenquam audaciae
H A M. Exist ira inflammatus. Quantum ego illum
uideo, res multi ad rem redist. Sed tamen tentabo
animum regine, si forte miserefac mei, quod si hac
non succedat, actum est illicet perit. Regina, tam non
accipror culpa merui, fateor: nec potest illum sup-
plicium maius esse meo criminis. Sed te supplex, ge-
nua amplectens, per istam clementiam. A. Quem
neq; pudor, neq; mea maiestas deterruit. Sed quid ui-
deo? Atat, etiam ad lectum regine? O' magne Iupi-
ter, etiam ne ut reginam domi apud me ui compri-
mat? Corripite, uelate uultum: malignus est qui lu-
cem tucatur. H A R B. At etiam si scias quid ma-
chinatus sit in Mardochæum, hominem de te, rex,
optimè meritum, utpote per quem facta in eo coniu-
ratio patescata sit. Cricem ante domum suam in alti-
tudinem cubitorum quinquaginta erigendam cura-
uit, in quam eum tolleret. A. Percommode cadit,
autorem in eam tollite, ut eadem, qualios captat,
via capiatur.

a Falso ei
dem hoc
spicatur
eris: sed
suspicax
& cause
scusione
no expel

SEN TENTIA.

Muliebrium illecebrarum magna uis est in
utramq; partem: hoc est, uel ad nocendum,
uel ad iuuandum. Malum consilium consulto-
ri pessimum. Impij suo ipsorum laqueo iugu-
lantur.

ARTAXERXES. Nehem.i.

o A R G VZ

210 DIALOG. SACRORVM

ARGUMENTVM.

Nehemias à rege Artaxerxe ueniam & o-
pes imperat, cundi instauratum urbem Hie-
rosolymam.

Artaxerxes, Nehemias.

Qui sit ut uultus adeò tristi, cum nō ægrotet? Mirum ni animi tristitia est. N. Rex in perpetuum uiue. Possum ne non tristi uultu esse, cum urbs, in qua sepulchra sunt maiorum mœorum, euersa sit, & eius porte igne deflagraverint? A. Quid nā ergo petis? N. Si tibi uidetur, et si quid apud te ualeo, ut me dimittas in Iudeam, ad inseparandam urbem patriam. A. Ego uero dimitto. Tu dico, quid tibi ad istud fieri uelis. N. Curabis, si placet, ut mihi dentur literæ ad prætores Syriae, qui me curent deducendum, dum perueniam in Iudeam. Deinde literæ ad Asaphū regiæ syluæ custodem, qui mihi ligna suggerat ad reficiendas portas arcu, que est ædi coniuncta: urbisq; mœnia, et domum, in qua sum diuersurus. A. Dabuntur que petis. N. Ago tibi gratias immortales, rex, tibiq; fortunatissimum longissimumq; regnum precor.

SENTENTIA.

Regis animum Deus habet in manu, eumq;
quocunq; uult inclinat. Cui propitius est De-
us, huic conciliat benevolentiam potentium.

NEHEMIA S. Nchm. 3.

ARGV

Exposit
gæfæ iniqu
tes cogit

Plebeij,

M Ag
ber
frumentum,
sunt fundati
t contra fæ
471, et una
man, amphi
cūlæ nob
si liberoru
men liberos
filiorum noſ
annuncicare po
neant alijs n
cipes, famus
neos nostros
neſtris virib
ni dominos i
fit faciſ. N
barorum ho
tisi. Ego quo

LIBER III.

222

ARGUMENTVM.

Expostulant pauperes Iudei de diuitium erga se iniuritatem avaricie. Et Nehemias diuites cogit in ordinem.

Plebeij, Nehemias, Primate, Sacerdotes, Populus.

MAgnes est tum nostrum, tum nostrorum liberum numerus: a comparandum est inde frumentum, quo uiuamus. AL. Oppignerandi sunt fundi nostri, & uineae, & domus, ut nos frumento contra furentem mutuamur. AL. iam pro nostris agris, & uineis, ad tributum regi pendendum, pecuniam sumptuositatem mutuam: An aequum est, ut cum eiusdem nobiscum coniunguntur sint alii, eadēq; sit liberorum eorum atq; nostrorum condito, nos tamen liberos nostros in seruitute dedamis, sintq; iam filiarum nostrarum nonnullae emancipatae, neq; eas vindicare possumus, cum fundos et uineas nostras teneant alii? Nō indignum facimus. Itane uero principes, foenus a uestris exigitis? Ergo nos consanguineos nostros Iudeos, in exteras gentes uenditos, pro nostris uiribus redemerimus: & uos eosdem emetis, ut dominos non amiseritis, sed mutaueritis? Non recte facitis. Non ne in metu Dei nostri uiuetis, ut barbarorum hostium nostrorum uituperationem eviteatis? Ego quoq; & mei cognati atq; famuli, argentum

o 2

eis

212 DIALOG. SACRORVM

eis, frumentumq; mutuo dedimus. Agite, remittamus
hoc nomen. Reddite eis hodie agros suos, & vineas,
& oliueta, & domos: tum centesimam condonate ar-
genti, & frumenti, & uini & olei, quæ eis mutua
dedistis. P. Reddemus, neq; ab eis quicquam exi-

gemus. Sic faciemus, ut tu hortaris. N. Vos uero
sacerdotes, urate uos ita facturos. S. Faciemus.

N. Ergo quemadmodum ego meum gremium ex-
cutio, sic quicunq; non haec præstiterit, cum excusat
Deus ex domo & labore suo: sicq; esto excusus, ua-
cuousq;. P. O. Amen.

SENTENTIA.

Auaro homine nihil est iniquius. Auarus a-
nimam uenalem habet. Multum pollet, etiam
apud iniquos, iustus & grauis homo.

ZEPH. 3. VERITAS. 3. Esd. 3.

ARGUMENTVM.

Darius Persarum rex proponit optimati-
bus suis trium stipatorum suorum sententias,
ad iudicandum quæ nam esset optima. Sunt
autem ex de viribus uini, regis, mulierum &
ueritatis. Hic quum stipatores iusli regis, suæ
quisq; sententia rationem reddidissent, pal-
lamm obtinuit Zorobabel, qui veritati primas
tribuisse: & à rege, præter statutum disputa-
tionis præmium, impetrat, ut Hierosolymita-
num fanum instaret.

Darius,

H Ac-
miente me,
lapsi sunt,
tentiam, ec-
ditione, ut c-
ri doctissimi-
ciato ea dave-
lam. AN-
dario rege-
ta consequitur
et in auro d-
namq; cidar-
beo: & sec-
sapientiam f-
ni sententia
Alierius: M-
ximam uim &
ritas. D.
sua dicta de-
sententia rat-
habet uinum
mine fallit: e-
ui ac liberi,

Darius, Anagnostes, Stipator, Alter Stipator, Zorobabel,
Optimates.

HAec causa est, mei proceres, cur uos iusserim conuocari. Cum mei corporis custodes, dormiente me, inter se (ut sit) confabularentur, eò de-lapsi sunt, ut certatim dicerent suam quisque sententiam, ecque res maximam uim habeat: ea conditione, ut cuius dictum ego et Persidis triumui-ri doctissimum iudicassemus, huic uictori pronun-ciato ea darentur, quæ iam audietis, recita schedu-lam. A.N. Cuius dictum sapientissimum erit, is à Dario rege ingentia dona, & uictoriae ornamen-ta consequitor, purpuraq; induitor, & auro bibito, & in auro dormito: & aureis frenis currum, byssi-namq; cedarim, & torque circundatum collum ha-beto: & secundum Darium primus propter sicut sapientiam sedeto, Darij; familiaris dicitur. Pri-mi sententia est hæc: Maximam uim habet unum. Alterius: Maximam uim habet rex. Tertijs: Ma-ximam uim habent mulieres, sed omnia uincit Ve-ritas. D. Nunc euocentur hic iuuenes, ut ipsi sua dicta declarent. Dicite iuuenes, suæ quisque De finibus sententiæ rationem. S.T. PRIM. Quantam uim habet unum, ô uiri? Omnes, à quibus bibitur, ho-mines fallit: eandemq; regis ac priuati, eandem ser-vi ac liberi, eandem pauperis ac diuitis mentem ef-ficit,

214 DIALOG. SACRORVM

ficit, omniumq; animos ad leticiam & hilaritatem conuertit: neque doloris ullius, neque debiti memor, sit ut se omnium animos a diuitiis reddit: oblitumq; vel regis, et diuines uel satraparum, efficit ut nihil nisi magnificum latentes. quantur: utq; cum potauerunt homines, & fraternae necessitudinis & amicitiae memoria deposita, continuo gladios stringant: neq; postea, ubi a uino resi-
domines puerunt, quid fecerint recordentur. O' uiri, non
im posse: & rex ne permagnam uim habet unum, quod hæc fieri co-
impe- gat! AL. O' uiri, non ne permagnam uim habent
erte plu homines, qui & terras, & maria, queq; in eis in-
potest. egis uiri sunt, omnia teneant? Atqui rex omnibus antecellit
bus. & dominatur, in eosq; principatum tenet, ita ut
quicquid iubet, faciant. Si iubet ut inter se bellige-
rent, parent: si contra hostes mittit, uadunt, &
montes, & muros, & turres demoluntur: occi-
dunt, & occiduntur, neque regis dictum excedunt.
Quod si uicerunt, ad regem omnia referunt, tum
que predati sunt, tum cætera. Item qui non mili-
tant, neque bella gerunt, sed terram colunt, hi quo-
que ubi sata messuerunt, ad regem referunt, co-
guntq; alius alium tributa regi ferre. Is unus si uie-
bet perimere, perimunt: si dimittere, dimittunt: iu-
bet uerberare, uerberant: iubet uastare, uistant:
iubet construere, construunt: iubet excindere, ex-
cindunt: iubet ferre, ferunt, cunctusq; eius tum
populus, tum magistratus eidem parent: eoq; inte-

rime

rim accumen
am undique
sudore, & su-
cis non parer
nam esse uam
quidem rex est
multum potes-
tem horum pr
lieres regem ge-
qui mari acten
ipsos educauer
nam fuisse ho-
gorie sunt, n
Quod si auar
darum compa-
elgenti forma-
onis in eam
tinent: auro
circumduini ant
parente à quo
herescit, & c
maris & pat-
ta, mulieres in
& industria p
affertis: Sum
cinandum &
fumina trans-

rim accumbente, cibum capiente, dormiente, circum undique custodiam agunt: neque cuiquam discedere, & sua negotia curare licet, neque eius dictis non parere. Quare sic statuo, uiri regis maximam esse uim, cui sicc obtemperetur. 2. Magnus quidem rex est, uiri, & homines multi, & unum multum potest. Quid, qui his dominatur? Quis autem horum principatum tenet? nonne mulieres? Mulieres regem genuerunt: & omne mortalium genus, qui mari ac terra dominantur, ab his ortum est: haec ipsis educauerunt uinearum satores, ex quibus uinum fit: haec hominum uestes faciunt: haec hominibus gloria sunt, nec possunt sine foeminiis homines esse. Quod si aurum argentumque aut aliquam rem preclaram comparauerunt, non ne pulchrae alicuius, & eleganti forma mulieris amore capti, his omnibus omisis in eam oculos desigunt? eam hianti ore intentur: auroque & argento, & omni rerum pulchritudini anteponunt? Homo, omisso suo ipsius parente a quo educatus est, suaque patria, uxori adhescit, & cum uxore uitam finit, & patris & matris & patrie immemor. Atque ut perspiciat, mulieres in uos dominari, non ne que labore & industria paratis, omnia mulieribus datis atque assertis? Sumit homo gladium, & foras ad latrocinandum & furandum proficiscitur, & mare & flumina tranat, & leones uidere sustinet, & per

De mulieribus.
uiribus.

O 4 tenebras

tenebras grassatur: atq; ubi furatus, prædatus, grassatus est, ad amicam omnia refert: plusq; dilit homo suam coniugem, quam parentes: usque adeò, ut propter foeminas multi mente alienati, mulieris serui facti sint, multi perierint, multi lapsi sint & peccauerint. Quid? an mihi non creditis? non' ne' ingens regis potentia est: non' ne omnes eum nationes uel tangere formidant? At qui uidebam, cum hominis preclarissimi Bartaci filia Apame, regis concubina, ad regis dexteram sedens, de eius capite dia dema auferret, suoq; imponeret: tum regis malam sinistra manu feriret, rege interea eam ore hianti aspiciente, & arridenti arridente, & succensenti blandiente, quo eam sibi reconciliaret. An' non multum ualent mulieres, o' uiri, quæ hæc faciant? multum sanè & mulieres pollut, & ingens terra est, & excelsum cœlum: & sol cursu uelox, qui uno die cœlum circumuectus, eadem recurrat, unde profetus est, magnus sanè est: sed Veritas maxima est, & omnium potentissima. Veritatem omnis terrarū orbis uocat: ueritati cœlum ipsum fauet: ueritatem omnia reformidant & tremiscunt: neque quicquam in ea uitiosum inest. Vitiosum uinum est, uitiosus rex, uitiosæ mulieres, uitiosi mortales omnes, & eiusdem uitiositatis sunt eorum opera omnia in qua uitiositate ueritatis expertes pereunt. At ueritas æterna pollet, & perpetuò uiuit uigetq;: neque ea est que

teritatis
uiribus.

RVM
eadus, grif-
fus, plau-
gat, dili-
cens, que-
dant, mul-
cipit, &
dicit, non ne-
rsum, natio-
nem, cum bo-
ne, regis con-
sus capite dia-
regis malan-
t, ore blandi-
succensenti-
n non mul-
tiantur, mul-
t, terra efi-
c, qui uno die
, unde pro-
maxima et,
mais terrari-
et, ueritatem
que quecum-
n est, uincit
les omnes, &
omnia in qua-
At uerita-
; neque caro
gl

LIBER III.

217

que cuiusquam ratione de recto deflectat, ac non
eadem sit omnibus: sed ab omni iniuitate & prau-
tate aliena, æquum facit, eiusq; facta probant o-
mnes, nec inest in eius iudicio quicquam iniuum.
Ceterum & ab hac, & à regia magnificentia, &
& à potentia, & à maiestate seculorum omnium, lau-
detur Deus ueritatis. o. Maxima ueritas est, ma-
ximamq; uim habet. D. Viciisti, pte quiduis, etiam
præter ea quæ scripta sunt; nos id tibi dabimus, quo-
niam doctissimus inuentus es, & à me proximus
se debitis, meusq; familiaris uocabere. z. c Memento
uoti tui, quo te Hierosolymam instauraturum polli-
citus es, tum cum regnum a fsecutus es: omniaq;
uasa Hierosolyma exportata, eò remissurum, quæ
depositus Cyrus, cum de Babylone excindenda uo-
tum fecit, eaq; se illò missurum promisit. Et tu rece-
pisti te instauraturum fanum, quod igni cremarunt
Idumæi, tum, cum à Chaldaëis peruersata Iudea est.
& nunc hoc est quod à te postulo, rex domine, atq;
flagito: hæc est magnificentia, quam à te exspecto.
Oro igitur ut uotum præstes, quod cœli regi, tuo
ipsius ore nuncupasti. D. Laudo te, & bene mo-
nes: faciam.

c Insigne
tatis exē-
Mauult 2
babel pet
Deo glori-
fa, quam
utilia.

ARGUMENTVM.

Honesta est de uirtute contentio. Utinam
inter se sic certarent hodie stipatores prin-
cipum. Utinam & principes bona ueraq; dicta
sic & iudicarent, & remunerarentur. Sed fuit

o s illud

218 DIALOG. SACRORVM

illud seculum argenteum: nostrum est ferreū.
Certe rara sunt hodie in aulis huiusmodi cer-
tamina. Omnia uincit ueritas.

DIALOGORVM SACRO-
rum liber Quartus.

MARIA. LUC. 1.

ARGUMENTVM.

Gabriel genius, Mariæ nunciat edituram fi-
lium Dei: quarentiq; modum, demonstrat id
fore à spiritu sancto. Ille credens, assentitur.

Maria, Gabriel.

A L V E ornatiſima, Domino con-
iunctiſima, mulierum feliciſima.
SQuid metuis Maria? bono es ani-
mo: nam accepta es Deo. En ego
tibi renuncio, te iſto utero conce-
ptum paritutram natum, quem Iefuon nomine uoca-
bis. Is erit maximus, & filius ſummi parentis eafe-
biur: cumq; donabit rerum omniū p̄eptotens De-
us ſolio Dauidis, autoris generis eius. Itaq; posteris
Iacobi regnabit in eternum, nec ullus erit eius regni
finis. M. Quomodo fiet iſtud, cum ego uiri noti-
ciā non habeam? G. Spiritus sanctus ſeſe in te
inſtruabit, teq; Dei optimi maximi uis grauidabit.
Itaq; sanctiſimus iſte foetus ut erit, ita etiam dicetur
Dei

LIBER IIII.

219

Dei filius. Elisabetha quoque (quo magis credas) tua cognata, iam senex concepit filium: & nunc sextum iam mēsem fert uterū, & tamē inter steriles habebatur. Vsq; adeō nulla res est, quā Deus non poscit. M. Ecce me domini seruā: euenia mihi, prout tu dixisti.

SEN TENTIA.

Deo nihil est arduū. Promittente Deo credendum est, etiamsi quid naturae contrariū promittat. Neq; enim naturae obnoxius est, autor ipse naturae.

BAPTISTA. Matth. 3.

Mar. 1. Luc. 3.

ARGUMENTVM.

Ioannes Baptista populum docet uitæ correctionem, & de Christo uaticinatur.

Ioannes Baptista, Plebs, Publi-
cani, Milites.

Progenies uiperina, quis uos summonuit futuram poenam fugere? Edite ergo uitæ melioris indices fructus: & ne ideo magnos uobis spiritus & arrogantiam sumite, quod patrem habet. — tis Abramum. Dico enim uobis, Deum posse ex his saxis suscitare liberos Abrahamo. Iam uero securis arborum radici admota est: omnisq; arbor fructum bonum non edens, excindenda est, & in ignem iniicienda. PL. Quid ergo faciemus? IO. Qui habet duas uestes, impertiat non habenti; &

a De nob
tate super
re, inane e

qui

220 DIALOG. SACRORVM

qui habet cibaria, idem faciat. PV. Nobis autem, magister, quid faciendum est? IO. Nihil amplius quam quantum uobis decretum est, exigite. MI. Quid etiam nobis? IO. Ne quem pulsate, aut per sycophantiam circumuenite, & stipendijs uestris esse contenti. Sed audite uniuersi. Ego quidem abluo uos aqua, ad uitae emendationem. Sed me præstantior, me subsequitur: & ita præstantior, ut ego non sim dignus, qui eius calceorum soluam corrigiam. Is uos abluet sacro spiritu, & igne: qui quidem uanum manu tenet, aream suam perpurgaturus, frumentumq; in horreum comportaturus, & palcam igui crematurus inextincto.

licet uāno
imentum à
lea separa
olet, sic il-
pios ab im
s separa-
bit.

SENTENTIA.

Bona arbor bono fructus edit. Abstinendum
ab iniusticia, si peccatas uitare uelis.

NATHANAEL.

Ioan. i.

ARGUMENTVM.

Nathanael à Philippo monitus, uenit ad Iesum, & in eum credit.

Philippus, Nathanael,
Iesus.

DE quo scripsit Moses in nostra disciplina, et uates, cum reperimus: Iesum dico, filium Iosephi, à Nazaretha. N. A' Nazaretha potest aliquid bonum existere? P. Prout si necum. I. Videlco

de buc uenire
omni fraude al-
ii quam te Phi-
siderante. &
sraelitarum.
caesse uisum, it-
nibi, post hac u-
diamos ascenda-

Vnde min-
Adeundus &
A minoribus

NIC

A leuis differi-
M Agiste
tus, ne
posuit, que tu fi-
gitur doctrina
Qui denuo natu-
rum adipisci
homo nasci, qu-
icquidem sue
de Dei regno, q-
uod exultimare,

ORVM
Nobis aven,
Nobis amplia
cognit, ut
populus, cui pe-
ndit, ut
eo quidem obli-
viam prestant
ior, ut ego no-
n corrigam
quidem, sa-
rgaturus, fu-
us, & palau

finendum
penitentia
el,
ra disipinos
dico, filium lo-
tho patet al-
ecum. 1. Va-
da

LIBER IIII.

222

Aeo hoc uenire uerè Israeliteam: id est, ^a hominem ab ^a Vera Israe-
omni fraude alienum. N. Vnde me nosti? I. Pri-
us quam te Philippus appellaret, cum esses sub fico,
uidebam te. N. Magister, tu es filius Dei, tu es rex
Israelitarum. I. Quoniam dixi tibi, te à me sub fi-
cu esse uisum, ita credis: maiora his uidebis. Credite
mihi, posthac uidebitis celum apertum, & Genios
diuinos ascendentes & descendentes ad me.

S E N T E N T I A.

Vnde minimè spores, inde existit bonum.
Adeundus est Christus, ut eum cognoscas.
A minoribus, si credas, ad maiora uenies.

N I C O D E M U S. Ioan.3.

A R G V M E N T U M.

Iesus differit cum Nicodemo de renascendo.

Nicodemus, Iesus.

Magister, scimus te doctorem uenisse diuini-
tus. nam a nemo ista tam portentosa facere a Christus
potest, quæ tu facis, nisi adsit ei Deus. I. Accipe operibus
igitur doctrinam eo dignam, qui uenerit à Deo. is cognos-
tur.
Qui denuò natus non fuerit, mihi crede, Dei re-
gnum adipisci non potest. N. Quo pacto potest homo operibus
nasci, qui sit senex? Nunquid potest iterum
in uentre suæ matris ingredi, atq; nasci? I. Cum
de Dei regno, quod diuum est, locutus sim, de-
bes existimare, hanc quoque generationem, de qua
loquor,

222 DIALOG. SACRORVM

loquor, per quam ad illud regnum perveniat, esse diuinam. Proinde omittit istam à muliere nativitatem. Nam si quis à muliere renasceretur, talis esset renatus, qualis fuissest ante quām renatus: id est, esset adhuc terrestris & humanus, propterea quod ex re terrestri & mortali quod nascitur (cuiusmodi est mulier) id terrestre & mortale est: quandoquidem quæ res sui similem gignit. At ex spiritu qui fuerit renatus, is diuina quadam & spiritui convenienti natura prædictus erit: quoniam quod à spiritu gignitur, id eius simile est à quo originem habet, uidelicet spiritus. Neque uero mireris, quod dixerim, uobis esse renascendum, quamuis hanc nativitatem non uideas. Nam quod accidit in uento, cuius quamlibet in partem spirantis sonitum audis, neque tamen oculus cernis unde ueniat, aut quod fertur: idem sit et in omnibus ex spiritu genitis, ut hæc generatio sentiri et intelligi possit, oculis aspiratione non possit. N. Quomodo possunt ista fieri? I. Tu Israelitarum magister es, et haec nescis? Atqui hoc tibi confirmo, nos non ignota, aut tantum auditadixere, sed perspecta et uisa testari: et tamē testimoniū nostrum uos non accipitis. Quod si terrestria, quæ uobis dixi, non creditis: quomodo cœlestia, si d'zero, credetis? Si hanc similitudinem, quam ego duxi à uento (quæ res terrestris est, et subiecta sensibus) non capis, ideoq; non credis: quomodo intelliges rem ipsam uisus sum sub sensu eam quo discatis nolum ascendere nemo ascendit descendit, qui et quo nisi dicuntur est. Quod de quo loquor illam etrem es intuentes, à se sponte extollentes, mibi q; ipsi sunt eternatio, superius quam posse regni hi fidem habent sunt, ut plane digni sint. Etenim tu est amore d'uidelicut qui ad uitam peruenientium suum in se uerbet, non damnatur, qui

telliges rem ipsam, cuius declarandæ causa similitudine usus sum, quæ res cœlestis diuinaq; est, neque sub sensu cadit? Atqui hæc nisi à me didiceritis, à quo discatis nullus est. Neque enim potestis in cœlum ascendere, et ea à Deo discere. Nam in cœlum nemo ascendit, præter eum hominem qui de cœlo descendit, qui quidem est in cœlo. Is autem ego sum: à quo nisi didiceritis, desperanda uobis ^a cognitio est. Quocirca attende, quale sit hoc renasci, de quo loquor. Quemadmodum Moses serpentem illum æreum extulit in desertis, in quem serpentem intuentes, à serpentum morsu sanarentur: ita me oportet extollu, ut omnes in me intuentes, à me pendentes, mihiq; fidentes, non pereant, sed uitam adipiscantur æternam. Hæc est igitur renascendi conditio, superius à me proposita, sine qua negaui quæ quam posse regnum cœlestis consequi. Nam qui mihi fidem habent, ita immutantur, tantoq; meliores fuunt, ut planè renati dici possint, et cœlesti regno digni sint. Etenim tanto genus humanum prosecutus est amore Deus, ut unigenitum filium suum traxiderit: cui quicunque fidem habeat, non pereat, sed ad uitam perueniat æternam. Non enim misit Deus filium suum in hanc uitam, ut homines condemnaret, sed ut per eum seruentur homines. Qui ei fidem habet, non damnatur: qui uero non habet, is iam damnatus est, qui unigeniti Dei filij nomini fidem non adiunxerit.

^a scilicet
rum rerum

224 DIALOG. SACRORVM

adiunxerit. In hoc autem damnantur homines, quod cum uenerit in orbem lux, tenebras magis quam lucem amant: quippe quorum prava sunt opera. Siquidem quisquis uitiosa facit, lucem odit, neq; in lucem prodit, ne eius facta arguantur. Qui uero recta facit, is in lucem prodit, ut patefiant eius opera, utpote facta diuinitus.

SENTENTIA.

Renascendum est, & ex carne in spiritu mirandum. Ut enim terrestria, quae grauia sunt, in celum ascendere, aut in celo esse non possunt: ita iniusticia, quae res terrestris & grauia sunt, in regnum Dei uenire, aut ibi esse nequit: A solo Christo salus est.

SAMARITANA. Ioan. 4.

ARGUMENTVM.

Iesus apud fontem cum muliere Samaritana de uera potionē, ueroque Dei cultu colloquitur. Cumque superuenissent emptum cibū apportantes discipuli, eos quoque de uero cibo docet.

Iesus, Samaritana, Discipuli.

DA mihi biberē, mulier. s. Quomodo tu Iudeus, à me muliere Samaritana petis potum? Neque enim habent illum Iudei cum Samaranis (ut sōlitariis) commercium. i. Si intelligeres munus Dei, à carnali s, ad spiritalia. Et quis sit qui à te potum petit, tu ipsa peteres amines, eo, tibique ipse daret, aquam perennem. s. Domine,

RVM
homines quod
tagi quam la-
tut opera. Siqui
neg: in lucen-
tia reficit,
pera, ut post
spiritum mi-
gravia sunt,
elle no pol-
is & gravis
esse nequit.

an. 4.
Samaria:
cultu collo-
optum cib
de uero ci-
li.
Qnomodo
itana petit po-
et cum San-
res misereb D
spla petens d
em. s. De-
inno

LIBER IIII.

229

mine, neq; fistulam habes, & puteus est profundus:

unde ergo habes istam aquam perennem? ^b Num tu b Tantif
maiores patre nostro Iacobo, qui tradidit nobis re solent h
hunc puteum: qua aquatione usus est ipse, & filij mines ant
eius, atque pecora? ⁱ Hæc aqua sitim ad tempus quitatem,
tantum explet: mea autem ad perpetuitatem, ita maiores a
ut qui ex aqua à me accepta biberit, non sitiat un quis exsite
quam. nam ea aqua fiet in eo sōns scatens in omnem uix posse p
perennitatem. ^s Domine imperti me ista aqua,
ne amplius sitiam, ne'ue hoc ad hauriendum ue- tent.

niam. ⁱ I euocatum uirum tuum, & huc cum eo
uenito. ^s Non habeo uirum. ⁱ Rectè ais, te
non habere uirum. Quinque enim uiros habuisti:
nunc quem habes, non est tuus uir. Istud uerum di-

xisti. ^s ^c Video te esse uatem. itaq; non cōmittam ^e Ex eo uid
ut tibi frusta ineidisse uidear. ^d Maiores nostri in licet quodd
monte hoc Deum coluerunt. At qui uos contendis, sus ipsi de u
Hierosolymis esse coledum. Quid tu censes? ⁱ id quod no
Mulier crede mihi, ueniet tempus, cum neque in nisi diuinit
monte hoc, neque Hierosolymis coletis patrem. scire poterat.

Vos, quid colatis, nescitis: nos, quid colamus, sci-
mus: quippe quia salus à Iudeis est. Sed ueniet tem-
pus, & quidem iam est, cum ueri cultores patrem
animo & uerè colent. Etenim à talibus se pa-
ter coli postulat. Animus est Deus: & qui eum co-
lunt, animo & uerè debent colere. ^s Scio uentu-
rum esse Messiam. Is cum uenerit, rem omnem no-

^c Ex eo uid
licet quodd
sus ipsi de u
ris dixerat
^d id quod no
ni si diuinit
scire poterat.
^e Sapit ha
mulier, qu
uatem nact
eum de qua
fione inter
roget, qua
explicare i
uatis.

226 DIALOG. SACRORVM

bis planam faciet. i. Ego sum ille, qui tecum lo-
quor. DISC. Video magistrum ad puteum se-
dentes, & colloquentem cum quadam muliere.
silicet col AL. Mirum est, solum cum sola. Sed scit ipse cur
loqui id faciat. s a. O' faustum diem. Sed ego quid cun-
ctor ire in urbem, ut meos tam bono nuncio affici-
am? DISC. Comparauimus cibum, magister, ue-
scere. i. Ego cibum habeo comedendum, quem
uos nescitis. DISC. Num quis absentibus nobis,
attulit ei quod edat? i. Mibi pastus est, id facere,
quod uult is qui me misit, eiusq; opus absoluere. Vos
quidem dicitis, abhinc quatuor menses futuram mes-
sem. At ego sic: Erigite oculos, & uidete agros, ut
iam ad messem flueant. Et messor præmium auferit,
& sator fructum condit ad uitium perpetuum, ut sa-
toris simul & missoris commodo cautum sit. In quo
sanè dictum illud comprobatur, quod ait: Alium se-
rere, alium metere. Ego uos misi ad metendum, in
quo uos colendo non laborasti. f Alij laborarunt,
uos in eorum labore inuasisti.

Vates do-
rina sua po-
lum pre-
pararunt.

SENTENTIA.

Christus uenit ad docendum seruandumq;
fontes. Christus æternum uiuiscumq; cibum
potio nemq; dat. Deus animo & uerè adoran-
dus est, nullo locorum discrimine. Dei uolun-
tatem exequi, cibus esse debet homini Chri-
stiano.

CENTVRIO. Matth. s.

ARGV

Iesus
membris

D Om
ptu-
curatum.
fium subeas
Nam ego qu
men obtineo
lues. ac si que
facere quid, fi
mam. Credit
duciam inuen
occidente pro
& Iacobu, in
regnum perti
nibil aliud que
nconfusis, si

Christus
dux militi
ptani.

PIS

Petrus ia
capit.

RVM
quicun lo-
d pteum se-
lam maliere.
ed ixi ipse cu-
d ego quid cu-
nuncio effici-
n. meijer, ne-
endam, quem
sentibus uobis,
s ejf, id facit,
solueret. Vn
fatur an mi-
te agros, u-
nium aufer,
petuum, ut si-
cum sit. In qu-
l. at; alium se-
metendum, n-
laborare.

LIBER IIII.

ARGUMENTVM.

Iesus à centurione exoratus, eius puerum
membris captum, uerbo sanat.

227

Centurio, Iesus.

Domine, puer meus iacet domi membris ca-
ptus, grauiterq; cruciatur. **i.** Ego ibo eū
curatum. **C.** "At ego non sum dignus, cuius tu te-
stum subeas: sed tantum iube uerbo, & sanabitur. ^{a Magna}
^{destina} Nam ego quoq; qui sub alterius sum potestate, ta-
men obtineo autoritatem in eos, quibus præsum, mi-
lites. ac si quem iubeo ire, it; si uenire, uenit: si seruum
facere quid, facit. **i.e.** O rem admiratione dignissi-
mam. Credite mihi, ne in Israelitis quidem tantam fi-
duciam inueni. Et sine dubio mulci ab oriente atque
occidente profecti, accubent cum Abrahamo, Isaaco
& Iacobo, in regno ecclœ: cum interea ^b ij ad quos ^b i stractie
regnum pertinebat, in alta noctis caligine demersi,
nihil aliud quam flebunt & frendebunt. Tu abi: ^c
ut confidisti, sic obtineto.

SENTENTIA.

Christus tam facile morbis imperat, quam
dux militibus. Primi erunt ultimi, & ultimi
primi.

PISCATORES. Luc.5.

ARGUMENTVM.

Petrus iacto reti iuflu Iesu plurimos pisces
capit.

p x Iesus,

Iesus, Petrus.

Svbdic in altum oriam Petre, ut retia laxetis
Nad prædam. p. Preceptor, totam noctem la-
 borantes nihil cæpimus: sed tamen postquam ita in-
 bes, demergam rete. O' rem miram. Adeste socij, ad-
 iuvate nos. Rumpitur rete, ita multis piscibus est
 plenum. Corripe tu istas plagas altrimsecus, uos uos
 inuergete in nauiculam. Definite, definite, sustinet
 rete: iam hæc plena est, infundamus in alteram. O'
 rem inauditam. penè submerguntur cymbæ, præpi-
 scium multitudine. Queso te Domine, aibi à me
 nam homo nocens sum. 1. Ne metue: deinceps iam
 homines pescaberis.

SEN TENTIA:

Absq; Christo pescari, hoc est homines dō-
 cere, operam ludere est. Christo auspice felix
 est pescatura.

S I M O N . L U C . 7 .

A R G V M E N T U M .

Iesus miranti cum animo suo Simoni, apud
 quem ipse cibum capiebat, cur se pateretur
 ab impudica muliere attrectari, causam red-
 dit.

Simon, Iesus.'

IAmidudum specto mulierem istam, quæ meum
 hunc hospitem tam molliter curat. Qui si uates
 esset, intelligeret utiq; quæ & qualis sit mulier, quæ
 ipsum

LIBER IIII.

229

ipsum attricat. nam prostituta pudicitia est. 1. Si-
mon, paucis te uolo. s. Dicas licet magister. 1.
Duos debitores habebat quidam creditor, quorum
alter quingentos, alter quinquaginta debebat dena-
rios. li cum non essent soluendo, utriq; condonauit.
Dic, uter eum plus amare debeat? s. Opinor, cui
plus condonauit. 1. ^a Recte iudicas. Vides hanc
mulierem? cum introiuissem domum tuam, ne aquam ^{a A' simili}
quidem ad lauandos pedes meos dedisti: ea & lachry-
mis eos perfudit, et sui capit is capillo exterfit. Tu mihi
hi osculum non dedisti: ea, postquam sum ingressus,
non destitut mihi pedes deosculari. Tu nec oleo mihi
caput unxisti: ea unguento mihi pedes peruxit. Quia
de causa sic habeto, ei multa remitti peccata, quoni-
am multum amauit. Cui autem minus remittitur, mi-
nus amat. Remittuntur tibi peccata mulier: tua te fi-
ducia seruauit: abi cum bona pace.

SEN TENTIA.

A' Gastris suspicionibus abstinendum. Ex
coniectura iudicare, temerarium est. Magno
beneficio magnus amor conciliatur.

IAIRVS. Marc. 5. LUC. 8.

ARGVMENTVM.

Iesus à Iairo exoratus, eius filiam it fa-
natum. & inter eundum, mulierem proflu-
vio sanguinis laborantem sanat. Deinde
ubi Iairi domum uenit, eius filiam quæ in-

P 3 terea

430 DIALOG. SACRORVM

tersa discesserat, reuocat in uitam.

Iairus, Iesus, Mulier, Petrus,
Nuncius.

Est mihi unica filiola, optime Iesu, duodecimū
annum agens, quæ nunc domi desperato mor
bo laborat. Obsecro te, & obtestor etiam atq; etiam,
ut dominum uenias, eiq; manus imponas, ut reuiviscat,
& reualescat. **I.** Faciam uero, eamus. **M.** Sal
ua sum, si possum uel extremam eius oram uestis at
tingere. Conabor, nec me hec hominum turba impe
diat, quo minus ad eum accedam. **I.** Quis nam te
tiggit mea uestimenta? **P.** Tu uides quanta te homi
num multiudo circumstat & comprimat & rogas
quis te tetigerit? **I.** Certè tetigit me aliquis: nam
sensi uim quandam exire à me. **M.** Perij misera,
non latui eum. Obsecro te, ignosce mihi, ego sum il
la. **I.** Narram mihi rem omnē, ut sese habet. **M.** Ego
misera iam duodecim annos languebam profluvio
sanguinis: cum interea toto illo tempore multis adhi
bitis medicis, et omnem rem insumpsisem, neq; quic
quam profecisset, sed indies deterius haberē: tamq;
ab omnibus medicis eram desperata. Cum autem tuo
rum factorum admirabilitatem fama atq; auditione
accepisset, accessi ipsa, sic mecum cogitans: O' me
felicem si uel limbum eius togæ licet tangere. Hoc
animo per medium turbam accessi proprius, nec me
spes

hes felicit. nam
morbi fugatam
confusisse. **I.** B
uauit: abi cū bon
fili mortua est.
fros. **I.** Nem
quem ego domi
quid tantopere f
est mortua pue
Vos, Petre, lacol
manete intus. V
domini istam pue
ne Deum, quam u
tq; ter renatam?
refusat: & pue

s
Plus potest
universa hom
bilia, Christo
PHILIP

Iesu quin
quinque uiror

Disci

Vides qu
do in ta

spes fecellit. nam simulatq; te tetigi, sensi uim omnem
morbi fugatam esse, & omnem sanguinis fluxionem
constitisse. i. Bono animo es, filia, tua te fiducia ser-
uavit: abi cū bona pace, ex tuo malo sana. n. Tuā
filia mortua est, laire: quid iam molestus es magi-
stro? i. Ne metue, laire, tantum cōfide: euadet. Sed
quem ego domi strepitum audio? introcamus. Ebo,
quid tantopere fletis? quid ciulatis? Pax sit rebus. Nō
est mortua puella, sed ^a dormit. Exite foras omnes.
Vos, Petre, Iacobē, Ioannes, & uos puellæ parentes,
manete intus. Videbitis quanta sit Dei potentia. Ce-
do mihi istam puellæ manum: Puella surge. i a. Bo
ne Deus, quām mirificus es? O' mea filiola, uideōne
ego te renatam? i. Videte diligenter, ^b ne quis hoc
refebeat: & puellæ cibum præbete.

SEN TENTIA.

Plus potest uel limbus uestis Christi, quām
uniuersa hominum scientia. Quę alijs insana-
bilis, Christo sunt facilima.

PHILIPPVS. Matth. 14. Marc. 6.

Luc. 9. Ioan. 6.

ARGUMENTVM.

Iesus quinq; panibus, & duobus pīscibus,
quinq; uirorum millia satiat.

Discipuli, Iesus, Philippus,

Andreas.

Vides quę te circumfet hominum multitu-
do, in tam uasta solitudine: & iam dies mul-

p 4 tūn

^a Chr
mors som
est, utp
qui tam f
le ex me
excitat h
nes, q
nos aliqui
ex somno
b Atqui a
iubet sua
racula pr
eari. Est e
tempus ta
di, est & c
quend.

332 DIALOG. SACRORVM

tum inclinavit: itaque censemus ut eos dimittas, ut
in finitima rura & uicos diuertant, & sibi ciba-
ria comparent. Hic enim quod edant, non habent.

Hoc dicit I. Nihil opus est ut abeant.^a Præbete uos eis cibum.
um tentā
di gratia.

D. At non satis nobis suppetit, unde tantum homi-
num numerum pascamus. sunt enim (quantum licet
conijcere) plus minus quinques mille uiri, ut mulie-
res & paruulos omittamus. nisi forte eamus em-
ptum panes. I. Vnde autem ememus ad tam mul-
tos, Philippe? P. Evidem non video: nam ducen-
tis singuli tis denarijs uix tantum emi posse, ut inde^b ad singu-
tantillum habeant.

los minimum quantum perueniat. I. Quot habe-
tis? uidete. A. Adeſt hic puer, qui habet quinque
panes hordeaceos, & duos pisces: præterea nihil
est. Sed hec quantula sunt ad tam multos? I. Ad-
ferte huc modò. Iubete omnes in uiridi gramine di-
ſumbere cateruatum, centenos & quinquagenos.
Cedo mihi iſtos panes. Nunc pater cœlestis, qui
pro tua benignitate pascis omnia, neque in multis
pascendis tenuior, neque in paucis copiosior es, qui
nulla lege rerum teneris, à quo omnium natura pen-
det, effice rogo, his tantulis cibarijs multiplican-
dis, ut haec hominum multitudo admirabiliter satu-
rata, tuam inexhaustam liberalitatem recognoscat.
Agite discipuli, distribuite hos cibos in omnes: sa-
tis superq; erit, unde ad satietatem
comedant.

SEN-

Christi
Christus, quā

P

Iefus de uiui
tit apud Iuda

Iudæi,

M Agister
fecto m
fis, sed quia pa
interitum, se
rum, quem qui
comprobauit. D
opera faciamus
dem beatissim
go cui specimen
le facis, quale fe
strimanna uix
teris proditū ej
dum. I. E. No
de colo dedit:
panem dat. Na
dit, & uitā dat
nobis perpetua
Nitatis. Qui ue

RVM

sdimisit, at

& sibi cha-

t, non habent,

nos ei cibum,

tantum homi-

quantum licet

euri, ut mul-

te eatus em-

us ad tam mul-

teoniam ducen-

inde & alijs

. Quo habi-

habet quinque

praterea nulli

ultos? i. Ab

idi gramineu-

quinque gen-

ter celestis, qu-

neque in multis

copiosior es, qu-

ition natura pa-

ijs multiplicar-

irabiliter fac-

tem recognoscas

os in omni p-

eridem

S E N T E N T I A .

Christi cibus est inexhaustus. Plus habet
Christus, quam egerunt homines.

P A N I S. Ioan. 6.

A R G U M E N T U M .

Iesus de uiuifico pane, hoc est de seipso, disse-
rit apud Iudeos.

Iudei, Iesus, Discipuli, Petrus.

M Agister, quando hoc uenisti? i.e. Vos pro-
fecti me queritis, non quia miracula uidi-
tis, sed quia pane satiati estis. Procurate cibum non
interiturum, sed in omnem perennitatem permansu-
rum, quem quidem ego uobis dabo. Nam me pater
comprobauit Deus. i.v. Quid agemus, ut diuina
opera faciamus? i.e. Hoc est diuimum opus, ut si-
dem habeatis ei quem misit Deus. i.v. Quod er-
go tui specimen das, ut eo uiso tibi credamus? quid ta-
le facis, quale fecit olim Moses? quo duce maiores no-
stri manna uixerunt in solitudine: quemadmodum li-
teris proditū est, Panem de cœlo dedit eis comedendū.
i.e. Non Moses(mibi credite) a panem uobis
de cœlo dedit: sed meus pater uerum uobis de cœlo
panem dat. Nam Dei panis est, qui de cœlo descen-
dit, & uitā dat hominū generi. i.v. Domine, da
nobis perpetuō panem istum. i.e. Ego sum panis
uitalis. Qui uenit ad me, nō esuriet: & qui mihi fidē
a scilice
rum.

p s habet,

234 DIALOG. SACRORVM

habet, non sicut unquam. Sed hoc uobis dico: & uidistis me, neque fidem habetis. Quicquid mihi dat pater, ad me ueniet: ex uenientes ad me non eiicio fras. Descendi enim de cœlo, & nō ut mea, sed ut eius qui me misit, uoluntati paream. Hęc est autem eius qui me misit, patris uoluntas, ut ex eo omni quod mihi commisit, nihil perdam, sed id ultimo die exuscitem. Hęc est autem eius qui me misit uoluntas, ut quisquis filium afficit, ei⁹ credit, is uitam æternam adipiscatur, & à me ultimo die in uitam reuocetur.

^{ta con-} i v. Non ē hic est Iesus & Iosephi filius, cuius nos patrem matremq; nouimus? Qn⁹ pacto igitur ait, se de cœlo descendisse? i e. Ne mussate inter uos. Nemo potest ad me uenire, nisi patre, qui me misit, trahente eum, à me ultimo die in uitam reuocandum. Scriptum est in uatibus, omnes fore diuinitus doctos. Quisquis ergo ex patre audiuit & didicit, is ad me uenit: non quia patrem quisquam uiderit, nisi qui est à Deo, is patrem uidit. Credite mihi, qui mihi fudit, is uitam habet æternam. Ego sum panis uitalis. Manna usi sunt maiores uestri in desertis, & tamen mortui sunt. Hic est panis qui de cœlo descendit, eiusmodi, ut qui eo uescetur, non sit moriturus. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendit: quo pane qui uescetur, uiuet in perpetuum. Panis autem quem ego dabo, caro mea est, quam pro humani generis uita dabo. i v. Quomodo pos-

ter

ORVM
dico quia
quid mihi dat
ne non tibi s
ne sciat eis
ex auctorit
omni quod mi
no dixeris
t volantis, ut
uitam eternam
am reuocet.
Ius, cuius no
o igitur ali
nter nos. Ne
me misit, nu
reuoandam.
diuinis de
it et didicisti
quam uideri,
editie mibi, qui
ego sum pax
tu in deserto,
qui de celo li
non si moni
celo descen
n perpetuum.
nca est, quem
yomedio pa
tib

LIBER IIII.

239

test hic nobis carnem suam dare comedendum? I.E.
— Hoc uobis consermo, nisi & carnem meam come
deritis, & sanguinem meum biberitis, non habe
tis uitam in uobis. Qui comedit meam carnem,
& biberit meum sanguinem, habet uitam æternam:
& ego cum in uitam reuocabo ultimo die. Caro
enim mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est
potus. Qui rixa carne uescitur, meumq[ue] sanguinem
bibit, is in me manet, & ego in eo. Quemadmodum
uiuit pater qui me misit, ita & ego per patrem ui
uo: & qui me comedet, is quoque per me uiuet. Hic
est panis qui de celo descendit: cuius longè alia
uis est, quam mannae qua usi maiores uestri, tamen
mortui sunt. Hoc pane qui uescitur, uiuet in sempi
ternum. D. Dura vox, quis eam audire posse?
I.E. Ergo hoc uobis absurdum uidetur: Quid si me
uideatis eò ascendentem, ubi eram ante? Non n'c mul
to uobis absurdius uidebitur, ut qui in celum ascen
derit, is in terris comedatur? Non sunt mea dicta
ita accipienda, ut dicam ipsam carnem meam come
di. Nam caro quidem nihil iuuat: sed est diuina que
dam comedendi ratio, qua uita æterna comparatur,
de qua ratione uerba facio. Nam quemadmodum que
panem comedit, is per panem uiuit: ita qui per me ui
uit, (id quod mihi credendo, & à me pendendo effi
citur) is me comedere dicitur. Sed sunt quidam ex uo
bis, qui fidem non habent. Hanc ob causam dixi uo
bis.

236 DIALOG. SACRORVM

bis, neminem posse ad me uenire, nisi hoc ei datum fuerit à patre meo. Iam uero multi à me propterea discedunt. Quid uosnum etiam uultis discedere? P. Domine, quem adeamus? tu uerba uitæ æternæ habes: & nos credimus & nouimus, te esse Christum, Dei uiuentis filium. i.e. Evidem uos duodecim elegi, sed uestrum unus diabolus est.

S E N T E N T I A.

Animæ cibus magis est procurandus quam corporis. Ut pane corpus, sic ueritate (qui Christus est) anima pascitur.

P R A E P O S T E R I. Matth. 15.

Marc. 7.

A R G U M E N T U M.

Iesus à Phariseis & scribis de discipulorum suorum illotis manibus reprehensus, in illos reprehensionem retorquet, demonstratq; peccatum non extra, sed intus esse in animo.

Pharisei & Scribæ, Iesus, Discipuli, Petrus.

Iomines
num in-
is plus
ere so-
it quam
Dei.

C Vr a faciunt discipuli tui contra institutum antiquorum, ut cibum capiant illotis manibus? 1. Cur & uos contra præceptum Dei facitis instituto uestro? Deus enim (uti ait Moïses) parentem utrumq; coli præcepit: & si quis patri matri ue maledixerit, cum morte multari. At uos ita homi-

homines institutis, ut parentibus demonstrent, do-
naria à se in fiscum templi collata, in ipsorum pa-
rentum utilitatem esse cessura. Ita estis in causa, ut
nihil ad illam honoris speciem addant, dum se satis
parentibus facere arbitrantur, si in templum do-
naria conferant: quanvis parentibus non, ut de-
bent, subueniant. quo uestro instituto, Dei præce-
ptum rescidistis. Multa sunt eiusdem generis alia,
in quibus dum hominum instituta teneatis, Dei
præcepta omittitis: lotiones urceorum, & pocu-
lorum, & cætera eiusmodi. Ficti homines, recte ua-
ticinatus est de uobis Esaias, ubi ita dicit: Hic popu-
lus ad me ore accedit, et me labijs colit: sed ani-
mo procul à me absunt. Verum frustra me ex insti-
tutis præceptisq; hominum uenerantur. Sed attendi-
te omnis multitudo, & intelligite. Non quod in-
trat per os, coinqumat hominem: sed quod exit per
os, hoc uero coinqumat hominem. Si quis habet au-
res ad audiendum, audiat. d. i. ^b Ecquid scis, Pha-
riseos isto tuo dicto esse offensos? I. Omnis stirps ^b Pharisi
à patre meo cœlesti non plantata, extirpabitur. Si-
nate eos: duces sunt cæci cæcorum. Quod si cæ-
cus cæcum ducat, ambo in foueam cadent. p. E-
dissere nobis sententiam istam. I. Adeò ne etiam
uos tardi estis? aut nondum intelligitis, nihil quod ^c Videl
extrinsecus in hominem intrat, posse eum coinqui ^{hominē} est hon-
nare: non enim in cor penetrat, sed in uentre fer-
tur,

238 DIALOG. SACRORVM
tur, & in latrinam per excrementa ciborum ejici-
tur. Sed quæ ex homine per os exeunt, ea ex corde
proficiscientia, coquinant hominem. Hinc nescun-
tur malevolentiae, hinc adulteria, hinc stupra, cædes,
furga, falsa testimonio, frides, malicie, solus, proter-
uitas, inuidentia, maledicta, superbia, stulticia. Hec
tam multa intrinsecus manantia, poluiunt hominem.
At illotis manibus cibum capere, non polluit ho-
minem.

S E N T E N T I A

Fieri homines speciem pietatis habent: siue
dem vim repudiant. Quo quisq; plus tribuit
rebus exterioribus, eo minus habet interio-
rum. Tanto minoris quisq; facit specie, qua-
to plus habet rei.

C H A N A N A E A. Matib. 15.

Marc. 7.

A R G U M E N T U M.

Iesus à Chananaea exoratus, eius filiam libe-
rat à furia.

Chananæa, Discipuli, Iesus.

Miserere mei, ô tu Davidis, filiam habeo,
quæ furij mihi erè agitur. Heu me infelicem,
ne respondere quidem dignatur. Obsecro te eti: m at
que etiam, miserere mei, respice me, uere tua in me
clementia & mansuetudine. D. Absolue eam, que-
sumus: clamore nos obtundit. I. Non sum mis-
sus

fanis ad oues
ne subueni mil
Neg: enim con
tells. c. Et
medavit de mi
dominorum su
fides. Obtineto
dilectanam fu

Christus
me uidetur
gnatur.

F E R

Iesus disc
tem arguit,
uali dixerat

C Auete
seorum
rodis. D. E
I. Quid uob
nobis esse omis
nejenium omis

LIBER IIII.

239

*sus nisi ad oves perdiāas domus Israēlis. c. Domi-
ne, subueni mihi. l. Sine primū saturari liberos.
Neq; enim conuenit, liberorum panem obijcere ca-
tellis. c. Etiam sanè: & tamen catelli quoq; co-
medunt de nūcis liberorum, que decidunt de mensa
dominorum suorum. l. O mulier, magna est tua
fides. Obtineto sanè quod uis. Et propter istud dictū,
abi leta: nam furia emigravit è tua filia.*

SENTENTIA.

*Christus exorabilis est etiam ijs quos maxi-
mè uidetur excludere. Fide Christus expu-
gnatur.*

F E R M E N T U M . Matth. 16.

Marc. 8.

A R G U M E N T U M .

*Iesus discipulorum dissidentiam & tardita-
tem arguit, qui quod ipse de fermento spiri-
tuali dixerat, intelligebant de carnali.*

Iesus, Discipuli.

Cauete uobis diligenter à fermento Phari-
seorum & Sadduceorum, tum etiam He-
rodis. **D.** Hoc dicit, quia panes non accepimus.
l. Quid uobiscum cogitatis, dissidentes, panes à
uobis esse omisso: " adeo' ne cæci animo estis adeo'
ne sensum omnem amisisti, ut nihil intelligatis, ne-
que

a Adeo' r-
gnoratis
se me, si s-
pus, e bñ
bis supp-
tare, sicu-
te feci;

240 DIALOG. SACRORVM

que uobis ueniat in mentem illorum quinq; panum,
quos in quinq; hominum millia dispergiunt? quot e-
nim corbes frustis resertas abstulisti? D. Duode-
cim. I. Quid, cum septem panes in duodecim mil-
lia dissecui, quot canistrorum frusta abstulisti? D.
Septem. I. Qui fit, ut non intelligatis, me non de
pane loqui, dum iubeo uitari fermentum Phariseo-
rum & Sadduceorum?

S E N T E N T I A.

Dicta Christi spiritualia, interdum secun-
dum carnem interpretantur etiam Christia-
ni. Hominem à carne ad spiritum traducere
est difficile. Dissidentia ex homine quanuis
pio, & grè pellitur.

C L A V I G E R. Matth. 16.

Marc. 8. Luc. 9.

A R G U M E N T U M.

Iesus discipulos sciscitatus quæ nam esset
hominum de se fama, & audita Petri confes-
sione, ei claves regni cœli promittit: deinde
eius carnalem in cruce deprecanda animum
obiurgat: & de hominis abnegatione docet.

Iesus, Discipuli, Petrus.

Quem me dicunt homines esse? D. Alij Io-
annem baptistam, alij Eliam, alij Ieremiam,
alij aliquem ex ueteribus uatibus, qui in uitant
redie-

LIBER IIII.

243

redieris. IES. Vos autem quem me esse dicitis? PET. Christum, Dei uiuentis filium. IES. Beatus es Simon Bariona, quoniam istud à carne & sanguine doctus non es: sed à patre meo, qui est in cœlis. Et ego tibi uicissim dico: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, quam ne uniuersitate quidem Orci uires superabunt. tibique dabo claves regni coelestis: ac quicquid obstrinxeris in terra, erit obstrictum in cœlis: & quicquid solueris in terra, erit solutum in cœlis. Ceterum etiam atq; etiam cautele, ne cuiquam indicetis me esse Christum. Me quidem oportet Hierosolymam proficisci, omnesq; à senioribus & pontificibus & scribis contumelias & indignitates perpessum, interfici, tertioq; post die resurgere. P. ^a Respice te Domine: nunquam istud tibi accidet. i. Abi è meo conspectu, Satana: impedimento mihis, quod diuina non sapis, sed humana. Quod si quis me uult sequi, renunciet sibiipsi: & me, crucem ferens quotidiana, subsequatur. Nam qui uolet uitam suam seruare, eam perdet. Qui uero uitam perdiderit mea causa, & Euangelij, eam seruabit. Quid enim profest, quenquam etiam totum mundum lucrari, si uita sua iacturam faciat? aut quid habet quisquam, quod cum uita sua compensare possit? Etenim quenam mei, meorumque dictorum in hoc adulterino sceleratoq; hominum genere paenituerit, eius me uicis-

^a Parce
& istud in
declina.

242 DIALOG. SACRORVM

Sin poenitebit, cum & meo & paterno splendore
conspicuus ueniam, una cum sanctis & diuinis Ge-
nijs. Nam uenturus sum, & pro suis quenq; factis re-
muneraturus. Quinetiam hoc uebis consermo, quos-
dam esse ex hoc conuentu, qui non sint obituri mor-
tem, quin me regni diuini præpotentem uenisse ui-
derint.

SENTENTIA.

Christi cognition ab homine non proficiat-
tur. Sequendus Christus est, is q; omnibus pre-
ferendus.

LUNATICVS. Matth. 17.

Marc. 9. Luc. 9.

ARGYMENTVM.

Iesus lunaticum, quem eius discipuli sanaz-
re non potuerant, sanat, ab eius patre exora-
tus.

Pater lunatici, Iesus, Daemon,
Quidam alius.

MAgister oро te, ut me, meumq; unicum fi-
lium, quem tibi hic adduco, respicias. Agita
tur nescio quo furiali spiritu muto: credo eum Dia-
ne incitatione ita miserè infestari. Nam cum subito
eum mala illa pestis corripuit, tum uero admotis do-
lorum & facibus repente diuexatur, & cruciatibus so-
dicantibus horribiles gemitus & dentium stridores
edens,

RVM
erno Blenck
& dñmni Ca-
quinq; fclis; n
confirmo, qu
nt obiuri me
ten semper
on profici
omnibus pe
h.17.
M.
scipulisti/
patre exon-
emon,
mig. unicas;
respias. Aga
credo cum Di-
Nau cum fah
verò admoneo
g cruciatibus
tum fratribus
classis

LIBER. IIII.

243

edens, spumas agit in ore: & uix tandem sauis crumentis perfractus, à tam immanium furiarū uinculis laxedur. Eum deduxi ad tuos discipulos, & orauit ut eum tanto malo liberarent. Sed non potuerunt. I. O diffidēs hominum genus, & prauum: quo usque uersabor inter uos? quem ad finem uos perferās? Huc mihi adducatur. P. Ecce eum tibi. Hei mihi, uides ut repente, & uiso, concidit: uide, ut spumans uolatatur. I. Quampridem hoc ei euenerū coepit? P. Iam à pueris: ac sāpe in ignem, sāpe in aquam præcepis ruit, ut dicas eum in mortem ferri. Sed tu si quid potes, opitulare nobis, nostri misertus. I. Si potes, credere, nihil est quod credenti fieri non posſit. P. b Credo ego quidem, Domine: sed tu adiuua fidem meam. I. Spiritus mutet & surde, ego tibi impero ut istinc emigres, remigratus nunquam. D. Bruuu. QVIDAM. Ut conuulsus est: ut mortuo similis ALIVS. Imò ego puto planè mortuum, ita nihil omnino mouetur. I. Cedo mihi istam manum, surge esto incolumis. Trādō tibi filium tuum omni morte vacuum.

SENTENTIAS

Hominis imbecillitas, dissidentiae argumētum est. Fides est omnipotens. Christus etiā infirmæ fidei opitulatur.

LAPIDANTES. Ioan.8.

q b ARGVS

ARGUMENTVM.

Iesus de seipso cum Iudæis differit, eorum uanam ob Abramicam stirpem arrogantiā retundit, ueram libertatem docet, & lapidationem ab eis effugit.

Iesus, Pharisæi, Iudæi.

Ego sum lux mundi. Qui me sequitur, non ingreditur in tenebris, sed utetur luce uite. P. Tu de teipso testaris, testimonium tuum non est uerum. I. Et si ego testor de meipso, uerum est tamen testimonium meum, quoniam scio unde uenerim, & quo abeam: id quod uos nescitis. Vos more hominum iudicatis, ego non iudico quenquam. Et tamen ut maximè iudicem, iudicium meum uerum sit: utpote qui non sim solus, sed una etiam adsit qui me misit pater. In uestra quoq[ue] lego scriptū est, duorum hominum testimonium uerum esse. Ego de meipso testimonium dico: dicit etiam is à quo sum missus, pater. P. Vbi nam est tuus pater? I. Vos neq[ue] me nouistis, neq[ue] patrem meum. Si me noſſetis, meum quoq[ue] patrem noſſetis. Egoabiturus sum, & uos a me requiretis, atq[ue] in peccato uestro morientis hodie mihi. Quod ego abibo, uos non potestis uenire. IV. oq[ue] Messia nostra quaestio. Num ipse se interficiet, ut dicat, quo ipseabiturus in Iudei. est, nos uenire non posse? I. Vos hinc infernē eſſis,

Iessum reiretis, qui o sum. & uos a me requiretis, atq[ue] in peccato uestro morientis hodie mihi. Quod ego abibo, uos non potestis uenire. IV. oq[ue] Messia nostra quaestio. Num ipse se interficiet, ut dicat, quo ipseabiturus in Iudei. est, nos uenire non posse? I. Vos hinc infernē eſſis,

fi. ego super item. Ideoq[ue] diu tuosid quod Nam quis tu es. Equidem nille qui emum que ex eo minimord cum getis me eum efficiat, sicut me a beam eum qui ruit pater, ad canticum. Quod si non parum multipali meierii in libertatem u progenies sumus: & tu audie Credite mibi, peccati. Atqui jso: filio est. Er ipsiliberi critis progeniem Abr polliquam mea. Ego quod cognos, quod didicisti. Noſſer quidem p

stis, ego supernē. Vos ex hoc mundo estis, ego non item. Ideoq; dixi uobis, uos in peccatis uestris morituros: id quod siet, nisi credideritis me eum esse. P. Nam quis tu es? I. Iamdudum id uobis sum elocutus. Evidem multa de uobis habeo uerē dicere: sed ut ille qui me misit uerax est, ita ego quoque ea demum quæ ex eo audiui, hominibus renuncio. Verum enim uero cum me^b extuleritis, tum deum^c intelligetis me cum esse, qui mea sponte faciam nihil: contraq; sicut me docuit pater, ita loquar: mecumq; habeam eum qui me misit. Neq; enim me solum deservit pater, ad cuius ego arbitrium omnia semper facio. Quod si uos, qui mihi creditis (video enim esse non parum multos) in meis dictis manebitis, uerē discipuli mei eritis, ueritatemq; intelligetis, quæ uos in libertatem uindicabit. IV D. Nos Abrahāni progenies sumus, ^d neq; cuiquam unquam seruiimus: & tu audes dicere, nos factum iri liberos? I. Credite mihi, ^e quicunq; facit peccatum, seruus est peccati. Atqui seruo non est domi perpetua manus: filio est. Ergo si uos filius libertate donabit, re ipsa liberi eritis. Neque uero me præterit, uos esse progeniem Abrahāni: sed enim cupitis me necare, postquam mea in uobis oratio locum non habet. Ego quod cognoui à patre meo, loquor: itidem uos, quod didicistis à patre uestro, facitis. IV D. Noster quidem pater Abrahāmus est. I. Si Abrahā

^b uidelicet
patibulū
^c Id accidē
cum eo in
fecto. Iuc
domini reu
si sunt, pl
gentes pe
ra sua. Sic
rō sapiū
ti.

^d Imō u
& olim C
deçis & M
donibus
uiuerant
tunc Roi
nis seruic
Sic solen
perbi, n
seruire u
ri, qui m
mē seru
e De spi
li seruit
loguitur

246 DIALOG. SACRORVM

ilicet ueri
 spirituales
 mi filij essetis, Abrahamo digna faceretis. Nunc
 cupitis me perimere, hominem qui uerum uobis
 sum effatus, id quod audiui ex Deo. At nihil tale fa-
 ciebat Abrahamus. Vos patre uestro digna faciatis.
 IV. Atqui è stupro nati non sumus. Vnum patrem
 habemus Deum. I. Si à Deo patre essetis, amare-
 tis me, quippe cum à Deo profectus uenerim. Ne-
 que enim mea sponte ueni, sed ab eo missus. Cur me-
 am orationem non agnoscitis? cur mea dicta audi-
 re non potestis? Vos ex patre Veioue estis, & pa-
 tris uestri libidinibus ministros uos libenter præbe-
 tis. Ille & iam ab initio fuit homicida, nec in uerita-
 te perficit: nempe ueritate uacuus, Quòd si falso
 loquitur, de suo loquitur utpote mendax, mēdacijs
 pater. At mihi uos, quia uerū dico, nō creditis. Quis
 me uestrū coarguerit peccati? Quòd si uerū dico,
 cur mihi nō creditis? Qui à Deo est, Dei dicta audit.
 Vos ideo non auditis, quia à Deo non estis. IV.
 An non rectè dicimus, te esse & Samaritanum, &
 furiosum? I. Ego si ri-sus non sum, sed patrem
 meum decoro: uos uerò me probro afficitis. sed non
 ego me & laudi studio: est qui studioat, & cum ratio-
 ne. Credite mihi: qui mea dicta obseruauerit, mor-
 tem non uidebit unquam. IV. Nunc planè ui-
 demus te ferre. Abrahamus ipse mortuus est, & ipsi
 uates: & tu eum à morte imperpetuum uindicas, qui
 tibi dicto audiens fuerit? Num tu maior es patre no-
 stro?

tro Abraham
 uates: Quem
 rem, glandatio
 laudat: quem u
 men non nouis
 ueris esse: sin
 ditis parco.
 uidere diem m
 IV. Quinq
 brabamum ui
 mus esset, ego
 nostram indig
 but. Agite, fiat
 comparet: euat

Patrem
 dit, eius fili
 catur de ho
 Seruire iu
 latores du
 uelstigio ha
 si homicidi
 se non hon
 tum sapere
 cognoscere

ina di-
 arnales
 sa du-
 cunt.
 festissi-
 scensio:
 illi ta-
 igni fo-
 cerbis-
 quam
 m nos
 siam i-
 debe-
 mus.

stro Abrahamo, qui tamen mortuus est, ut etiam ipse
uates? Quem tu te facis? I. Si ego meipsum lauda-
rem, laudatio mea nulla esset. Pater meus est qui me
laudat: quem uos, cum dicatis uestrum esse Deum, ta-
men non nouistis. At ego noui: id quod si negarem,
uestri essem similis, id est medax sed noui eum, eiusq;
dictis parco. Abrahamus ille parens uester gestiuit
uidere diem meam, & uidit, & uidisse gauius est.
IVD. Quinquaginta annos nondum habes, & A-
brahamum uidisti? I.E. Imò antequam Abra-
hamus esset, ego eram. IVD. Proh scelus, haec cine-
nos tam indigna ferre? quin eum cooperimus lapidi-
bus? Agite, fiat lapidatio. Sed quid hoc est? nusquam
comparet; euauit.

SENTENTIA.

Patrem sequitur sua proles. Cui quisq; ob-
dit, eius filius aut seruus est. Ex opere iudica-
catur de homine. Impij sunt ex Diabolo nati.
Seruire iusticæ, ea demum libertas est. Simu-
latores dum se negant homicidas, in eo ipso
uestigio homicidia moliuntur. Simulatorem
si homicidij argueris, occidet te, si poterit, ut
se non homicidam esse ostendat. Utinam tan-
tum saperet mundus, ut ex suis eos fructibus
cognosceret.

CAECVS NATVS.

Ioan.9.

q 4

ARGV-

ARGUMENTVM.

Iesus cæcum natum sanat. Pharisæi postquam
hoc, etiam interrogatis eius parentibus, resci-
uerunt, de Iesu maledicunt: & sanatum, quia
de Iesu benedicebat, eiiciunt. Et Iesu ei se-
aperit: & Pharisæos cæcitatibus arguens, de sei-
pso, bono pastore, disputat.

Discipuli, Iesus, Cæcus natus, Vici-
ni, Pharisæi, Iudæi, Paren-
tes cæci.

MAgister, utrum propter suum hic, an pro-
pter parentum peccatum cæcus natus este
i. Propter neutrum: tantum ut diuina in eo ope-
ra demonstrarentur. Me oportet rem agere eius
qui me misit, dum dies est. Veniet nox, cum agi non
poterit. Donec in hac uita ago, lux sum hominum.
Sed age iam, huic homini lucem conferam. Cōfertum
est. Abi lotum in piscina Siloa. c. Faciam, & qui-
dem libenter. O me felicē, si possum ad ipsi id quod
homines uocant lucem: quo ita delectantur, ut neget
quicquam iucundius. At ego nunquam ne suspicari
quidem potui quale esset: necq; omnino animo & co-
gitatione comprehendere, quid album, quid'ue a-
trum dicant. Ita mihi natura iniqua fuit, ut mihi ren-
omnium prædicatione suauissimam inuiditerit. Sed
iam uidetur mihi ad piscinam peruenisse. lauabo me,

ut

ut sum iussus. O' Deus immortalis, quid hoc rei est
hoccine est uidere? Ho, ho, uix sum mei compos, præ
gaudio. Video ego cælum, terram, homines. Bone
Deus, quis est hodie tam fortunatus, quam ego sum?
O' populares, aspicite, aspicite eum qui ex utero
matris cæcus est exceptus, nunc liquidò uidentem.
v. Est ne hic ille, qui solebat sedens mendicare? ALIVS. Planè. ALIVS. Fieri non potest. Alius
est, eius simillimus. c. Imò ego uero ille ipse sum.
v. Quo pacto tibi aperti sunt oculi? c. Quidam
homo, quem Iesum nuncupant, puluerem sputo suo
temperatum mels oculis illeuit. deinde iussit ut irem
lotum in Siloë: quo factò, sensum uidendi sum assecu-
tus. v. Vbi est ille? c. Me latet. v. Deduca-
mus eum ad Pharisæos. c. Quò libet. v. Addu-
cimus uobis hominem, Pharisæi, qui ait se, cum à na-
tuitate cæcus esset, uidendi munus à Iesu esse assecu-
tum. p. Quomodo istud amabò? c. Cœno mihi
oculos illeuit: quibus deinde ablatis, uideo. PHA-
RIS. Is homo non est à Deo profectus, ut qui sab-
batum non agat. ALIVS. Qui posset improbus
homo tam stupenda? PHARI. Tu quid de eo cen-
ses, qui tibi oculos aperuerit? CÆ. Ego' ne' Va-
tem esse. IVD. Credibile non est, cum qui nunc
uidet, cæcum fuisse. Euocentur huic eius parentes.
ALIVS. Sanè placet. Heus uos, accersite eos.
NUNCI. Fict. IVD. Placet hanc rem altius

q s sciscitaria

250 DIALOG. SACRORVM

sciscitari. NVNCI. Adsunt. IVD. Hiccine c^æst
filius uester, quem uos prae*dicatis* c^æcum esse na-
tum? Qui fit ut nunc cernat? P.A. Hunc filium
esse nostrum, & c^æcum fuisse natum, scimus: quo-
modo nunc cernat, nescius: quis ue ei oculos a-
peruerit, nos fugit. ipse iam grandis est, ipsum in-
terrogate, de se ut eloquatur. P.H.A. Appelletur

iterum. Ades tu, fatere uerum. a Nobis satis cogni-
tum est, hominem illum esse sceleratum. C.A.E.

dicunt, Sceleratus sit, nec ne, nescio: unum illud scio, me,
d est fal-
m: quod cum cæcus fuerim, nunc oculis uti. P.H.A. Quid

n & ho-
sit. Nam fecit tibi? quomodo illustrauit tua lumina? c. Iam

uobis dixi, neque audiuitis. Quid denuò uultis au-
dire? Num uos quoque uultis eius discipuli fieri?

P.H. Abi in malam rem. Tu es eius discipulus: nos
Mosis sumus discipuli. Satis scimus, cum Mose lo-
cutum esse Deum: at hic unde sit, nescimus. c. Er-

re. go in eo est admirabilitas, quod uos nescitis un-
alidissi-
n argu-
mentum.

erati ab-
eratis ad-
eri se in-
fissimè fe-
runt. rum plenus es, & nos doces? Abi foras in malam
crucem. i. Audio eum, quem nativa cætitate libe-
rietum. rauia, exactum esse à Iudeis. Et ecce eum. Heus tu,

habes

bis' ne fide
et ut et fidem
qui tecum loq
ii. Ego in hu
C ad hunc de
G qui uident
uilem cœci
uicio. Nunc
uobis heret.
uam in cau
lato. Qui au
ouum. Huc i
dunt oues. Hi
duci, eductis q
ut cuius no
sequuntur, sed
diueniam uocem
nec, sic habet
quicunque ante
nes, neceos au
me qui intrabit
sum liberum ha
non aliam ob ca
der, perdat: e
habeant. Ego
nimam ponit p
pator, natus su

habes' ne fidem Dei filio? C A E . Quis autem is est, ut ei fidem habeam? I E . Vides cum is ipse est, qui tecum loquitur. C . Ego uero fidem habeo. I E . Ego in hunc terrarum orbem ad hoc discrimen & ad hunc delictum ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cœci sunt. P H A R . An tibi nos uidemur cœci? I E S . Si cœci essetis, non essetis in uitio. Nunc quia dicitis uos cernere, peccatum in uobis heret. Sic accipite: Qui non intrat per ianuam in caulam, sed alia transcendit, is fur est & latro. Qui autem intrat per ianuam, pastor est ouium. Huic ianitor aperit. Huius uocem exaudient oues. Hic suas appellat nominatim, easq; educit, eductisq; preit viam: hunc oues consequuntur, ut cuius uocem agnoscant. Alienum autem non sequuntur, sed desuigiunt: quoniam non agnoscunt alienam uocem. Verum ut intelligatis quid mihi uelim, sic habetote. Ego sum ianua ouium. Omnes quicunque ante me uenerunt, fures sunt & latrones, nec eos audiuerunt oues. Ego sum ianua. Per me qui intrabit, seruabitur, & ingressum & egredsum liberum habebit, & pascuum nanciscetur. Fur non alias ob causam uenit, quam ut furctus, malest, perdat: ego ueni ut uita fruantur, & melius habeant. Ego sum pastor bonus. Pastor bonus animam ponit pro ouibus. At mercenarius ille, non pastor, cuius sue non sunt oues, si quando uidet lu-

РУМЫ

252 DIALOG. SACRORVM

pum uenientem, relictis ouibus, in pedes se coniicit;
lupus oues agit, rapit. Ille mercenarius fugit: nempe
mercenarius, nec curam habens ouium. Ego sum pa-
stor bonus, & meas noui, uicissimq; eis sum notus.
Quemadmodum nouit me pater, ita ego noui pa-
trem: & animam pono pro ouibus. Habeo autem

uidelicet & alias oues, quae non sunt huius ouilis: quae etiam mi-
ernas gen-
tes.

hi adducendae sunt, meanq; uocem audient: atq; ita
fiet unum ouile, unusq; pastor. Ideo me pater amat,
quia animam pono, eam resumpturus. Eam quidem
nullus mihi eripere potest, sed ipse mea sponte eam
pono. habeo enim potestate eam ponendi, rursumq;
sumendi. Hoc mihi in mandatis dedit meus pater.
IVD. Furiosus est, & insanit: quid eum auditis?
A L. Hec no sunt furentis. Potest ne furia cecorunt
oculos lucis uisu donare?

SEN TENTIA.

Quos sanaturus est Christus, prius fecdat:
hoc est, secdos esse ostendit. Simulatoribus ni-
hil est uel pertinacius, uel crudelius. Evidē-
sic mihi persuasi, etiam si reliqui omnes ueri-
tati crederent, simulatores non esse creditu-
ros. Quos mundus ejicit, Christus accipit,
eisq; sese aperit. Qui diuina sapiunt, mundo
furere uidentur. Aperi hie tandem oculos, ô
cæce monde, & noli continuò furoris argue-
re, si quis aliquid uel agit uel dicit, quod tu, ô
belua centiceps, uel non approbas, uel non in-
telligis.

telligis. Co-
scie, anteq;
brieue senti-
ctio qui iu-

RE

Iesus Iude-
terus: ob ea
natur.

Q Vamo-
xi nobis, nec cr-
cio satis de me
non estis ex ou-
Oues me& uoc-
ipse me sequiri
nam. Non possi-
quam de manu
mandauit, max-
de eius manus e-
simus. iv, O
Agit, obruam
vobis preclar-
tandem est eorū
Nullam bona c
in Deum dicit.

LIBER III.

telligis. Cognosce, & iterum tertioq; cognoscere, antequam iudices. Nam De sol iuge & briue sentence: Ad pœnitendum properat, citô qui iudicat.

RENOVALIA. Ioan.10.

ARGUMENTVM.

Iesus Iudeis Christū Deiq; filium se esse fatetur: ob eamq; causam illi eum lapidare conantur.

Iudæi, Iesus.

QUAMDIU nostros animos suspensos tenebissi si tu es Christus, dic nobis aperte. 1. Id dñe xi uobis, nec creditis. ea quæ patris mei nomine facio satis de me testantur. Sed uos non creditis, quia non estis ex oibis meis: quemadmodum dixi uobis. Oues meæ uocem meam audiunt. ego eas cognosco, ipse me sequuntur, ego eis uitam largior sempiternam. Non possunt unquam perire, neq; mihi eas quicquam de manu eripuerit. Pater meus, qui mihi eas mandauit, maximus est omnium: nec eas possit quisquam de eius manu extorquere. Ego autem & pater unus sumus. 1v. O' audaciæ: uidetis quâm nefaria uox? Agite, obruamus hominem lapidibus. 1. Multa ego uobis præclara opera patre meo autore edidi: quod tandem est eorū, proprie quod me lapidetis? 1vD. Nullam bonâ ob rem te lapidamus, sed ob impia tua in Deum dicta: simul quod homo cum sis, a Deum te explanat a Atqui Deus, sed filium te dixerat, ipsomet te facis.

254 DIALOG. SACRORVM

facis. 1. Echo an non ita scriptum extat in uestrib*is*
literis: Ego uos deos appellaui? Si dij appellati sunt

non potest illi ad quos Dei sermo habitus est, quod scriptam^b
esse uera.

Qui nec
rbis nec fa
s credunt,
persuade
nō potest.

rescindi non potest: me, quem pater consecrauit, &
in hunc terrarum orbem misit, uos impium dicitis si
dixi me Dei esse filium? Si patre digna non praest,
mihi ne credite: si etiam; si non mihi, at factis credi
te & tandem cognoscite & patrem in me, & me in
patre esse. 1. Enim uero ista iam non sunt ferenda:
misericordiam ei manus, quid stamus? Papae, ubi est? nus-
quam est. ubi est? euauit in auram, prestigiator. at
non semper euadet: tenebitur aliquando.

SEN TENTIA.

Quæ non intelligunt, damnati imperiti. Ho-
mocidia sua religionis nomine pretexunt si-
mulatores. Vera dicta habet mundus pro im-
pijs.

THOMAS. Ioan. ii.

ARGUMENTVM.

Iesus discipulos suos se comitari iubet eun-
tem ad Lazarum in uitam reuocandum.

Iesus, Discipuli, Thoma.

Abeamus iterum in Iudeam. d. Magister,
modò te uolebant lapidare Iudei, & eò-
dem redire. 1. Diei horæ sunt duodecim. Qui inter-
diu iter facit, non offendit: utitur enim communè
hac luce. Qui autem noctu, offendit; caret enim
lumine.

lumine. iam uer-
minuit: cum ego
ministratus es
mortuus es. id
utre fidem adi-
ibi. Sed eamus a
cum eo.

Christo n
quād homin
sonus est.

A
Iesus Laz-

M

C Vm eff
adueni
niam procedo.
Salutabo. O
ter non fuisse
quicquid à Deo
Reuauit et frate
naturum, cum
fino die. 1. Eg
bi confidentes o
uini pungam /

ORV
erat in nefis
dij appella
qui iniquum
conferat, o
impunis dicu
gna non preo
tibi, et puto cred
in me, et m
ton sunt ferend
ape, abicitur
praefigit, d
ndo.

imperio
pretermissus
indus proima

1.14.

ari sibi erat
andum.

mas.

D. Magis
julai, et
decim. Qui inter
e enim communi
pudet; caret enim
lamentum.

LIBER IIII.

253

lumine. Iam uero Lazarus ille noster amicus obdormiuit: eum ego eo expergefactum. D. At si obdormiuit: saluus est. I. Planius dicendum est: Lazarus mortuus est, id quod equidem a uestra causa gaudeo, ^{ea} quia maius ut rei fidem adiungatis, cum sciatatis me non affuisse ibi. Sed eamus ad eum. T. Eamus & nos, morituri cum eo.

mihi cred
tis eum su
stanti, qui
credidisse
fananti
quod fecis
si ante ei
obitum ibi a
fuisse.

SENENTIA.

Christo mortuum excitare tam facile est,
quam homini dormientem. Christo mors somnus est.

LAZARVS. Ioan.11.

ARGUMENTVM.

Iesus Lazarum in uitam suscitat.

Martha, Iesus, Maria,
Iudæi.

Cum essem domi, allatus est mihi nuncius, aduenire Iesum. Itaque ei extra uicum obuiam procedo. Sed eum aduententem video. adibo & salutabo. O Domine, si adfuisses hic, meus frater non fuisset mortuus. Sed nunc etiam scio, te, quicquid a Deo petueris, impetraturum esse. I. Reuiuisce fratres tuus. MARTHA. Scio ego reuicturum, cum reuiuiscent homines in illo nouissimo die. I. Ego sum resurrectio & uita, ita ut mihi confidentes omnes & a mortui sint reuicturi, & a si mortui uiui nunquam sint morituri. Credis hoc? M. A si mortui fuerint sibi

Etiam

256 DIALOG. SACRORVM

Euum Domine. Ego credo te esse Christum illum Dei filium, orbi expectatum. Sed eo euocatum Mariam sororem meam, quae domi misera luctu taborat. I. Quam multa acerba et perpessu aspera euenire in hominum uita necesse est? Me miserebit harum miserandarum muliercularum, que charissimi fratris morte concusse, macrone conficiuntur: et iam ad me, sicut ad certum asylum confugient, opemque meam et praesens auxilium implorabunt. Atque ecce eas huc currentes, cum magna hominum multitudine. Ipsa autem Maria, ut plorat, ut lamentatur, ut suo luctu omnibus lachrymas excutit? Iam credo mihi ad pedes iacebit supplicans. M. O Domine, si tu hic adfuissest, meus frater non fuissest mortuus. I. E. Vbi cum posuistis? IV. Veni uisum. Ut commotus est, et lachrymarum uim profudit? nimirum cum ualde amabat. A. LIVS. Non poterat is qui cæci oculos reclusit, efficere ut ne hic moreretur? Sed uidete ut rursus conturbatur. I. E. S. Hic est monumentum: amouete saxum. MART. At iam fœtet, Domine, nam quatriiduum est. I. E. Dixi ne ego tibi, te, si potes fidere, uisuram gloriosum et planè diuinum factum? Tollite modò saxum. Pater gratias tibi ago, quod me audiuiisti. Evidem sciebam, ut me semper audias: sed dicebam propter circumstantem hominum multitudinem, ut credant me à te esse missum. Lazare ueni

ueni frater. IV.

Videte, uidete

huncis pedib

rio obclato. O

hunc cum, et dim

Chrili uo

uui eam non

REP

Iesus cum b
tio colloquit

Phari

L iet ne uir

Lsa 1. Q

se permisit uxo

uorij instrument

principio fecit,

vix ita pronunc

tio parente, ha

buum corpus.

num corpus. Pr

no ne disfungat.

i dari diuorij ti

Habuit uidelicet

fum olim non er

ORVM
Ie Corinum d-
Sed etiā euocatū
i mīstralatū
per seipſeſ p-
est? Ma mīlē-
ercularū , qu-
, mīrōre cō-
d certū dī-
ens auxilium in-
rentes, cum n-
autem dura, i-
omnibus Laz-
des iacebit p-
ic adfūſſes, ne-
ibi eum poplūſſe
& lachrymātū
de mība. "i
i oculis reſūſt,
udete at rufūſt
mentum amato-
ter, Domine na-
tib⁹, te ſi poſt
diuum fūſt
as tibi ago, qui
ne ſemp̄ audie-
tū dominū mī-
mīſam, Lec-
gen

LIBER IIII. 257

ueni foras. IV. O rem seculis omnibus inauditam.
Videte, uidete hominem ē ſepulchro emergentem,
b uinctis pedibus & manibus fascijs, uultuq; fuda-
rio obuelato. O immensam Dei potentiam. I. Sol-

b Videtur p-
des fuſſe n-
ſimul uincti

uite eum, & dimittite liberum.

S E N T E N T I A .

Christi uox etiam à mortuis auditur. & nos
uiui eam non audimus.

R E P V D I V M. Matth. 19.

Marc. 10.

A R G V M E N T U M .

Iesus cum Phariseis & discipulis de diuor-
tio colloquitur.

Pharisei, Iesus, Discipuli.

Licet ne uiro repudiare uxorē, qualibet de cau-
ſa? I. Quid uobis praecepit Moses? P. Mo-
ses permisit uxorū nuncium remittere, scripto di-
uortij instrumento. I. An non legistis, ut qui eos
principiō fecit, marem ſimul & foeminam fecerit?
utq; ita pronunciatum fit: Propterea uir, relicto u-
troq; parente, hærebit ſuā coniugi, ſietq; ex duobus
unum corpus. Itaque iam non ſunt duo, ſed u-
num corpus. Proinde quod Deus coniugauit, ho-
mo ne diuoriat. P.H. Cur ergo praecepit Moses,
ei dari diuortij tabulam, eamq; repudiari? IES.
Habuit uidelicet rationem ueſtrā peruicacię. Ve-
rū olim non erat ita facilitatum. Quin hoc uobis

r cona

258 DIALOG. SACRORVM

confirmo, quicunq; repudiauerit uxorem suam, nisi
ob stuprum, & duxerit aliam, adulterat: & qui re-
pudiatam duxerit, adulterat. Eadem in causa sunt &
fœminæ. DISCIP. Si ea est uiri cum uxore con-
ditio, non expedit connubia coniungere. I. At
coniugio ab non omnes a id præstare possunt, sed iij duntaxat qui
finere. bus datum est. Nam euiritorum alij ita ex utero ma-
libidinem trum orti sunt, alij manu castrati sunt, alij seipso^b
lam domue sunt. castrauerunt propter regnum cœleste. Qui hoc po-
test præstare, præstato.

S E N T E N T I A .

Deus ipse, propter hominum peruicaciam,
aliquid interdū permittit, quod alioquin per-
mittendum non esset. Olim fuit mundus mi-
nus malus, & omnia abeunt indies in deteri-
us. Libidini resistere, nisi dono Dei, nemo po-
test.

D I V E S . Matth. 19. Marc. 10.

Luc. 18.

A R G V M E N T V M .

Iesus eb adolescenti interrogatus, uitæ uiā
docet: & quam sit ea diuitibus difficilis, ostendit:
deq; præmijs suorum differit.

Adolescens, Iesus, Di-
scipuli.

M Agister bone, quid boni faciendum mihi
est, ut uitam æternam adipiscar? I. Quid
me

LIBER IIII.

259

me dicas bonum? Nemo bonus est, nisi unus Deus.
a Quod si uis ad uitam peruenire, serua precepta.
A. Que'nam? **i.** Ne adulterato. Ne occidito. Ne furator. Falsum testimonium ne dicito. Ne quem in teuertito. Parentem utrumque colito Alterum, ut tei psum diligito. **A.** Hęc omnia seruauit iam à tenebris. Quid mūhi restat? **i.** Probo. Vnum tibi deest. Si uis perfectus esse, i ueniditum rem tuam omnem, & precium in pauperes erogato, thesaurum habiturus in cōlō: deinde ad me sequendum, crucem ferens uenito. Eho, abit mōstus: est enim perdiues. O' mei discipuli, quam difficulter, qui rem habent, ad reguum cęlestē perueniunt. Obstupetis? O' filij, quam difficile factu est, ut qui diuitijs freti sunt, in regnum diuinum ingrediantur. Dicam iterum: Facilius est ruden tem traisci per foramen acus, quam diuitem in regnum diuinum introire. **D.** Ecquis igitur poterit seruari? **i.** **b** Hoc humanis quidem uiribus fieri nō potest, sed potest diuinis. Nam omnia, quantum uis hominibus ardua uideantur, à Deo tamen fieri possunt. **D.** Nos quidem (ut uides) reliquimus omnia, ut te sequeremur: quid ergo hinc assequemur?
i. Vos quidem certè, qui me secuti estis, cum in renouata uita in tribunali magnificus confedero, c se debitis etiā in duodecim tribunalibus duodecim tribus Israëlitarū iudicātes. Et omnino, quisquis domū, aut fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrē, aut con-

a Obediē
uia est ad
lutem;

b Vide
ut diunes
nibus re
cier (sic)
fecisse
dicunt d
puli) at
salutem
sequatu
c Apost
runt cō
sto iudi

r 2 iugem,

iugem, aut liberos, aut agros reliquerit, mei nominis
 & Euangelij regniq[ue] diuini gratia: is & in hoc aeo,
 etiam inter tot acerba, centuplum accipiet, & in fu-
 tura ætate uita fruetur sempiterna. Sed multi primi
 erunt ultimi, & ultimi primi. Nam in regno coelesti
 idem usuuerit, quod in quodam patre familiâs, qui
 primo mane exiit ad conducentos in vineam suam
 operarios: & cum singulis denarijs in diem cum eis

Loquitur cuadum Iu-
 vorum con-
 studinem,
 ahoras ma-
 numerare
 cipiebant.
 decidiſſet, eos in vineam dimiſit, iterumq[ue] circiter
 horam tertiam egressus, uidit alios ociosos in foro
 manentes, quos etiam in vineam suam dimiſit; seq[ue]nt
 eis quod æquum effet daturum promiſit. item circa
 sextam & nonam horam egressus, fecit idem. Hora
 autem ferè undecima egressus, cum alios desides in-
 ueniffet: Quid hic (inquit) statis totum diem ociosi?
 Nemo nos conduxit, inquit illi. Tu ille: Ite & uos
 in vineam meam: et quod erit æquum, accipietis. Ve-
 ſphere mandat utine & dominus procuratori suo, ut
 operas conuocet, eisq[ue] premium perſoluat, initio fa-
 ctio ab ultimis ad primos. Hic, qui uenerat hora fe-
 ré undecima, singulos acceperunt denarios. At pri-
 mi, qui ſeſe plus accepturos ratiſſent, cum tantum
 denarii accepiffent, murmurabant in patrem familiâs,
 quod ultimos, qui unam horam opus feciſſent, ipſis
 æquauifſet, qui totius diei onus pertuliffent, & ardo-
 res. Tum ille uni ex eis: Amice, inquit, non facio tibi
 iniuriam. Non' ne denario mecum depactus es? au-
 fer

feruum, & al-
 ma, quantum tr-
 abilio? Eo n
 ego sum benigni-
 um, & primi
 em sunt euoca-

Diuītia n
 to. Diues di-
 bent charis
 nequeunt d

DIVE

Diues im-
 tus, ne tan-
 Abrahamo.

Pater Abr
 rum, qu
 quam mihi ref
 ma. A. Fili
 malis esse de
 lugitate, tu in
 internos & u

fertuum, & abi. Libet mihi tantum dare huic ultimo, quantum tibi. An mihi non licet meis uti meo arbitrio? Eo'ne tu oculum malignum habes, quia e iuidus es ego sum benignus? Ita in regno cœlesti ultimi primorum, & primi ultimorum conditione erunt. Multi enim sunt euocati, sed pauci electi.

S. E N T E N T I A.

Divitiae magno sunt ad salutem impedimento. Dives diuitijs, deniq; homines ijs quæ habent charissima, renunciare, humanis uiribus nequeunt: diuinis queunt.

D I V E S I M M I S E R I C O R S.

Luc. 16.

A R G U M E N T U M.

Dives immisericors apud inferos cruciatus, ne tantulum quidem misericordiam ab Abrahamo impetrare potest.

Diues, Abrahamus.

Pater Abrahame, miserere mei: & mitte Lazarum, qui summo dígito in aqua intincto, lingam mihi refrigeret: discrucior enim in hac flamma. A. Fili mei miseris, te bonis in uita, Lazarum malis esse defunctum. Nunc uicissim hic in uoluptate, tu in dolore es. Præterea constat omnino inter nos & uos uasta uorago, ut hinc ad uos, aut

r. 3. istinc

262 DIALOG. SACRORVM

isthinc ad nos aditus, transire uolentibus, non patet. d. Saltē illud oro te, pater, ut eum mittas in domum mei patris, ut meos fratres (habeo enim quinq; commonefaciat, ne ipsi quoq; committant, ut in hūc tam tetri cruciatus locum ueniendum sit. A.

cripta Mo Habent^a Mosem, & ceteros uates: eos audiunto.

fis. d. Est istud quidem aliquid, pater Abrahame. Sed si quis à mortuis ad eos fuerit projectus, facilius uitam corrident. A. Si Mosem & uates non audiunt, ne ei quidem qui reuixerit, obtemperaturi sunt.

S E N T E N T I A .

Incllementes inclementer punientur. Qualem se quisq; alteri præbuerit, talem in se experietur Deum. Impiorum sera poenitentia. Beati qui plorant: nam consolatione afficiuntur. Vx gaudentibus, dolebunt enim. Nam rerum uicissitudo est. Qui sancta doctrina ad sanitatem non reuocatur, desperandus est.

FILII ZEBEDAEI. Matth. 20.

Mar. 10.

A R G U M E N T U M .

Iesus Iacobo & Ioāni regnum petentibus, crucem proponit.

Mater Iacobi & Ioannis,
Iesus, Iacobus &
Ioannes.

M Agister, uolebant quiddam à te petere hī
mei duo filij. i.e. Quid nam id est? i.a.

Vt

vitib; cum
plus, alter dux
satis quid per
lam eboiere, e
mus. IES. 1
latione lauab
deatur, non e
q; à patre me

Ad regn
erit: & tam
donum est.

VII

Iesus à
bus de au
iplos uic
terrogat.
predicit,
ventur.

Po

D Ic
Ego uic
reponderit

Ut tibi, cum splendorem et imperium fieris adetus, alter dexter, alter sinistri absideamus. I.e. Ne scitis quid petatis. Potestis ne ^a idem mecum poculum eibere, eademque lotione ablui? ^a eadem m cum adue pati. I.e.s. Meum quidem poculum bibetis, meaque lotione lauabitimi: sed ut mibi dextra lauaque ^a si deatur, non est meum dare, nisi eis quibus id paratum est a patre meo.

SENTENTIA.

Ad regnum Dei non nisi per crucem uenitur: & tamen non hominis meritum, sed Dei donum est.

VINITORES. Matth. 21.

Marc. 12. Luc. 20.

ARGUMENTVM.

Iesus a Pontificibus & Scribis & Senioribus de autore suu potestatis interrogatus, ipsos uicissim de authore lotionis Ioannis interrogat. Deinde per similitudines eis futurum prædictit, ut propter se repudiatum, regno priuentur.

Pontifices, & Scribæ, & Seniores, Iesus.

Dic nobis, ex cuius authoritate ista facias, ^a et quis tibi dederit ut tantum posses? ^a Ego uicissim uos quiddam rogabo, de quo si nihil responderitis, dicam uobis ex cuius authoritate ^a callid ^a de cap.

r. 4. bcs

264 DIALOG. SACRORVM

hæc faciam. Lotio Ioannis unde erat à cælo 'ne , an
ab hominibus? P. Si à cælo dicimus, dicit: Cur
ergo ei non credidisti? sī ab hominibus, pericu-
lum est ne uniuersus nos populus lapidet. Omnes
enim Ioannem habent pro uate. Negemus scire
nos. Age, nescimus. I.E. Ego quoq; non dicam uo-
bis, qua hæc autoritate faciam. Sed quid censem?
Habebat quidam duos natos, quorum priorem ag-
gressus est his uerbis: Natae, abi ad faciendum opus
hodie in uinea mea. Cui ille: Non libet, inquit: pōst
tamen mutata sententia, abiit. Alteri deinde eodem
modo dixit: qui pollicitus iturum se, non iuit. Vier
paruit uoluntati patris? P.O. Prior. I.E.S. Cre-
dite mihi, ^b publicani & meretrices antecedunt uos
in regnum diuinum. Venit enim ad uos Ioannes, uir
integra uita, cui uos non credidisti: publicani
& meretrices crediderunt. Quod cum uideritis,
ne sic quidem mutastis animum, ut ei crederetis.

Explicit
dixi-
e duob.
, poste-
em uo-
publica
cmere-
s, prio-
bontifi-
exte-
nos allo-
ebatur.
Accipite aliam similitudinem. Fuit quidam pater-
familias, qui conseuit uineam: quam cum sepibus
circumdedisset, torcularq; in ea defixisset, & ca-
stellum extruxisset, elocauit agricolis, domoq; po-
stea multo tempore absuit. Pōst suo tempore misit
ad agricultas seruum, ad percipiendum fructum
uineæ. quem illi male acceptum plagis, inanem re-
miserunt. Iterum mittit alium: eum quoque illi lapi-
dibus contusum, & ictibus indignissime multatum,

vacuum

pacuum remiserunt. Nec satis , addit tertium : quem
 etiam uulneribus confertum eiecerunt. Pergit mu-
 tere alios atq; alios: qui omnes uel pulsati, uel occi-
 si ab eis sunt. Et iam cum unum haberet filium, eum-
 que charissimum, ita secum cogitabat : Quid agam?
 mittam ne ad eos filium , meas delicias? At mittam,
 fortasse eius conspectum reuerebuntur. Itaq; facit. At
 uinitores eo uijo, sic loqui inter se insistunt: Hic qui
 dem est haeres . interimamus eum , ut inuadamus in
 haereditatem . Itaque eiectum est uine a perimunt.
 Cum ergo redierit uine & dominus , quid faciet a-
 gricolis illis? p o. Malos male perdet , & ui-
 neam alijs tradet agricolis, a quibus fructum per-
 cipiet suo tempore. Sed abſit ut quid tale eue-
 niat. i e s . Nunquam ne legistis dictum illud
 in monumentis literarum ? Quem lapidem im-
 probauerunt struclores , adhibitus est ad caput an-
 guli. A' Domino profectum id est , & mirum no-
 bis uidetur. Quamobrem sic ex me accipite . Aufe-
 retur a uobis regnum diuinum, & dabitur genti su-
 um fructum edituræ . Ac quisquis inciderit in lapi-
 dem eum, confringetur : & in quem lapis inciderit,
 eum conteret. Nam in regno coelesti similiter ac-
 cedit, atq; in rege quodam, qui nuptias filij sui factu-
 rus, seruos suos misit , qui inuitatos ad nuptias uo-
 carent . Cumq; illi noluisserent uenire , alios item ser-
 uos misit, quibus negocium dedit, ut ostenderent

r s inuitatis

catrox
stud faci

285 DIALOG. SACRORVM

inuitatis, ipsum parauisse prædictum: iuuenios & altilia esse mactata, omnia deniq; esse parata: uenirent ad nuptias. At illi cum aspernati, discesserunt, alias in suum agrum, alias ad mercaturam. Cæteri comprehensos eius seruos, è uita per summam ignominiam sustulerunt. Quare audita iratus rex, eò suas copias misit, & homicidas illos perdidit, eorumq; urbem incendit. Deinde suis seruis mandauit, ut (quoniam parata erant nuptiae, & qui ad eas erant uocati, non fuerant digni qui in eis adessent) per vias passim abirent: & ut quenq; inuenissent, ad nuptias uocarent. Illi in triuia proiecti, quoscunq; inuenierunt, eò coegerunt, tum malos, tum bonos, ita ut compleretur coenatio conuiuis. Ad eos contemplandos ingressus rex, animaduertit ibi quendam non nuptiali uestitu indutum. &: Amice, inquit, quid huc intrasti sine uestimento nuptiali? Cumq; ille obmutuisset, iussit rex famulis, ut cum pedibus manibusq; constrictum, in tetricas tenebras abriperent, ubi futurus esset ploratus, stridorq; dentium. Multi enim sunt uocati, sed pauci electi.

S E N T E N T I A.

Publicani & meretrices ad Dei regnum sunt aptiores, quam populorum magistri atq; gubernatores. Qui diuinis donis ornatus ingratum se praebet, is donis priuatur. Optima quoque

que maximè improbantur à potētissimis qui-
busque.

DENARIUS. Matth.22.

Marc.12. LUC.20.

ARGUMENTVM.

Iesus à Pharisæorum Herodisq; discipulis
de tributo Cæsari pendendo maliciose inter-
rogatus, prudenter respondet.

Discipuli Pharisæorum, Hero-
diani, Iesus.

MAgister, scimus ut a uerax sis, diuinamq; ui-
uendi rationem uerè & sincerè tradas, ne-
que ullius omnino hominis gratia de ueritate dedu-
caris. Proinde dic nobis, quid tibi uideatur: liceat ne
nobis censum pendere Cæsari, nec ne? I. Quid me
tentatis, simulatores? exhibete mihi nummum tribu-
tarium. D. En tibi denarium. I. Cuius est ima-
go hæc, & inscriptio? D. Cæsaris. I. Itaq; red-
dite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ Dei, Deo.

Aptissi
ad fallend
oratio, qu
pe cum
Christo
ra, sed m
clo se dica

SENTENTIA.

Altutis astutè respondendum. Captiosa
ad nocendum interrogatio, uitiosa est. Sed ad
eandem astuta ad seipsum tuendum respon-
sio, uitiosa non est.

SADDUCEI. Matth.22.

Marc.12. LUC.20.

ARGV-

ARGUMENTVM.

Iesus à Sadducæis de septem maritorū uxore interrogatus, cuius nam futura esset in altera uita docet, ibi nulla fore matrimonia. & obiter resurrectionem fore ostendit. Deinde le gisperito, de maximo legis precepto respondebat. Postremò, illos quadam interrogatione de genere Christi compescit.

Sadducæi, Iesus, Legisperitus,
Scribæ, Pharisæi.

MAgister, Moses scripto sanxit, si quis mortuus fuerit sine liberis, superflite uxore & fratre, ut is frater eius uxorem duceret, fratriq; problem suscitaret. Fuerunt autem apud eos fratres septem, quorum primus ducta uxore, sine liberis mortuus est, fratriq; uxorem habendam reliquit. Eodem modo alter, & tertius: donec tandem singulis ad unum mortuis, ultima omnium moritur foemina. Cum ergo reuixerint homines, cuius ex septem erit uxor, cum omnes eam habuerint? I E S. ^a Erratis stus co- docebat, nosos nius cō- pescit. ^b Erratis ignoratione literarum, & diuinæ potestatis. In hac uita homines connubunt: sed quibus contingit dona ri uita illa nouata, iij nullis inter se matrimonij copulantur: siquidem ne mori quidem iam possunt, suntq; quasi coelestes & diuni genij, Deiq; filij. Mortuos

tuos autem ad uitam reuocari, uel Moses indicat in
rubo (si forte unquam legistis) ubi Deus ait: Deum
se esse Abrahami, Deum Isaaci, Deum Iacobi. Vi-
uentium nimurum Deus est, non mortuorum, cum ei
omnes uiuant. Qua in re uehementer erratis. L.
Quando hic tam expositè respondit, uolo ego quo-
que eius acumen explorare. Magister, quod nam est
primum & maximum in lege præceptum? I. Au-
di Israëlitæ: Dominus Deus tuus, Dominus unus est:
Dominum Deum tuum toto animo, omni cura, stu-
dio, cogitatione, opera amato. Hoc est primum &
maximum præceptum. Alterum ei simile est: Alte-
rum ut te ipsum amato. Maius his præceptum nul-
lum est. Ab his duobus tota legis & uatum doctrina
pendet. L. Præclarè sanè magister dixisti. Nam
unus est Deus, præterea nullus. quem summa animi
ope, cura, studio, opera, cogitatione amare, nec non
alios ut seipsum diligere, omnibus præstat piamen-
tis & sacrificijs. I. Non longè abes à regno diuini-
no. Sed ut uos ego uicissim interrogem Pharisæi,
quid censem de Christo: cuius prognatum fore? P.
Dauidis. I. Qui sit ergo, ut eum Dauid numine affla-
tus Dominum uocet, ad hunc modum: Dixit Domi-
nus Domino meo. sed ad dextram meam, donec tu-
os tibi hostes scanni in star calcando tradidero. Si
eum Dauid Dominum uocat, qui fieri potest ut sit
Dauidis prognatus?

SEN-

270 DIALOG. SACRORVM
SENTENTIA.

Sublata morte, sublata erunt & matrimo-
nia: utpote ad generis humani propagatio-
nem instituta. qua propagatione iam nihil o-
pus erit, nemine moriente. Amor legis est
perfectio.

PETRVS. LUC.22.

Ioan.13.

ARGUMENTVM.

Iesus moriturus, discipulos suos modestiam
amoremque docet: sui desertionem, & Petri ab
negationem praedicit: deque suo ad patrem di-
scensus & spiritus sancti missione differit.

Iesus, Petrus, Discipuli, Phi-
lippus, Judas Thad-
dæus.

In ter gentes ut quisque plurimum opibus ualeat, ita
maxime rex est, & potentissimus quisque facilime
principis nomen obuinet. At uestra longe alia est ra-
tio: quantoque quisque maior est, tanto summissius se ge-
rat: & quanto plus imperio pollet, tanto magis mini-
strum se præbeat. Vix enim maior est? qui accubit,
an qui ministrat: non ne qui accumbit? At qui ego in-
ter uos sum sicut ministrans, uobisque (qui permis-
xit mecum in meis rebus aduersis) legatum mihi à
patre meo regnum similiter lego, ut edatis & biba-
tis in eadem mecum mensa in regno meo: & in tri-
bunalibus

LIBER IIII.

292

bunalibus sedentes, ius duodecim tribubus Israelite-
rum dicatis. Filioli, adhuc parumper uobiscum futu-
rus sum: quæretis me: & quemadmodum dixi Iude-
is, quò ego iturus sum, eos uenire non posse: ita uobis
quoq; nunc dico. Itaq; hoc nouum uobis præceptum
do, ut ametis uos inter uos, & ametis quemadmodū
ego uos amauit. In eo cognoscet omnes, uos meos es
se discipulos, si mutuo uos amore complectemini.

P. Domine, quò abiturus es? I. Quò ego abitu-
rus sum, non potes me nunc sequi, sed postea sequē-
ris. P. Qui minus nunc possum: animam pro te po-
nam. I. Animam pro me pones? Crede mihi, non-
dum cecinerit gallus, cum tu me ter abiureueris. Si-
mon, Simon, Satanas ille (ne tu sis nescius) expetiuit
uos ad ^b cribrandum, quasi frumentum: uerum ego
orauit pro te, ne tu de constantie gradu deiacereris.

* Tu uicissim aliquando recreatus, confirmato fra-
tres tuos. P. Atqui paratus sum & carcерем te-
cum, & mortem subire. I. Hoc tibi confirmo, Pe-
tre, gallum hodie non cantaturum, quin tu me tibi
notum esse, ter negaueris. Porro cum dimisi uos sine
crumenā, & pera, & calceis, num qua re caruistis?
D. Nulla. I. E.S. At nunc, ^a qui habet crumenam,
adhibeto, nec minus peram. Quiq; non habet gla-
diū, tendito pallium suum, & comparato. Nam in
me (ne uos nesciatis) superest comprobandum scri-
ptum illud, Et inter improbos habitus est: habentq;

^a Vera
hominis C
stiani ,
q; a fructu
de Christi
tate iacte

^b arbi
suo subi-
dum.

^c Què I
confir-
mare n
mē poter

^d instat
itas & b

mc

272 DIALOG. SACRORVM

meæ res fincm. d. Domine, ecce hic duo gladij,

seilicet sa-
i sunt duo
adii ad tan
m bellum.

i. Satis est. Cæterum nolite animo perturbari: fi-
dem habetis Deo, & mihi fidem habete. In domo
patris mei mansiones multæ sunt. Quod si secur-
es sit, dicerem uobis. Eo paratum uobis locum: id
quod si fecero, reueniam ad uos mecum assumen-
dos: ut ubi ero ego, ibi uos quoque sitis. Et quidem
quod, & qua uia proficiscar, scitis. t. Nos uero
nescimus quod cas, tantum abest ut uiam tenere possi-
mus. i.e. Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo uenit
ad patrem, nisi per me. Si cognosceritis me, meum
quoque patrem cognosceritis: et iam nunc cognos-
citis, & uidistis eum. p.h. Domine, ostende nobis
patrem: id satis erit nobis. i. Tantum iam tem-
pus uobis cum uersor, & tu me non nosti? Philippe,
qui uidit me, uidit patrem. Qui fit, ut tu iubeas uobis
patrem ostendi? Non credis & me in patre, & pa-

Hoc nisi
ristus di-
ctet, & idē
lic dicere
spiam au-
et, nō fer-
retur.

co: sed ipse pater, qui in me manet, hæc agit. Credite
mihi, & me in patre, & patrem in me esse: aut cer-
tè de ipsis factis mihi credite. Hoc uobis confir-

mo, cum qui mihi fidem habebit, eadem mecum, uel
obis im- f etiam maiora facturum. Nam ad patrem me-
raturus
equid pe- um me conseruo, & facturus quicquid per meum no-
niciis, ut
maiora
me ego fa- Si quid (inquam) petieritis per nomen meum, id
ciatis. ego faciam. Si me amatis, præcepta mea conserua-
te. Ego

it. Ego uero
fmitorem d
spiritum illu
quem homini
re, quia eum n
gnoſcitis, que
bis futurus es
Iam nos. b Po
net, at uos uid
it. Tum cogn
im me, & me
ratis conferat
em, amabitu
endo, meq; e
ut nobis teipſu
multitudini ne
uia exprime
uenimus, &
mat, didame
uiditis, meus
quidam sum u
ille confirmat
tet pater non
nunca quecum
pacem meam
solent. Nolite
Andauis ut

LIBER IIII.

278

te. Ego uero exorabo patrem, ut alium uobis confirmatorem det, qui uobiscum perpetuo maneat: spiritum illum, certum ueritatis authorem dico, quem hominum uulnus non potest comprehendere, quia eum neque uidet, neque cognoscit. at uos cognoscitis, quoniam apud uos mansurus, & in uobis futurus est. Non relinquam uos pupillos: iniui-
sam uos.

^h Post paulo iam me non uidebunt homi-
 nes, at uos uidebitis: quia ut ego uiuo, & uos uiue-
 tis. Tum cognoscetis & me esse in patre meo, & uos
 in me, & me in uobis. Qui tenet precepta mea,
 eaq[ue] conservat, ille est qui me amat. Qui uero me
 amat, amabitur a patre meo, eundemq[ue] ego quoque
 amabo, meq[ue] ei aperiam. IUDAS. Quid cause est
 ut nobis te ipsum sis aperturus, promiscue hominum
 multitudini non item? i.e. Qui me amat, dicta mea
 uita exprimet: eumq[ue] meus pater amabit, & ad eum
 ueniemus, & apud eum degemus. Qui me non a-
 mat, dicta mea non exequitur. Sermo autem quens
 auditis, meus non est: sed patris, qui misit me. Hae
 quidem sum uobis elocutus, apud uos manens. Sed
 ille confirmator (spiritum sanctum dico) quem mit-
 tet pater nomine meo, uos docebit, & recolet o-
 mnia quaecunque dixi uobis. Pacem relinquo uobis,
 pacem meam do uobis: nec eam, quam uolentes
 solent. Nolite animo perturbari, neque formidare.
 Audiuitis ut dixerim uobis, abire me reuisurum

Videlii
post mort
meam.

i Hic anit
uertendū
Christum
se ijs aper
qui ipsum
mantes, e
præcepta
equuntur

§ uobis

274 DIALOG. SACRORVM

juia pater uos. Si me amaretis, gauderetis, ^k quia dixissem ire
 i major est, ubi ad me ad patrem, qui maior me sit. Et nunc dixi uobis,
 m uenero, priusquam euenerit: ut cum euenerit, credatis. Iam nō
 augebit. Diabolus. rreat hic princeps, nec habet quod in me carpat: tantum eō
 ndani, qui res tendit, ut intelligent homines me amare patrem,
 m habeat acipem: & ita facere uti nūhi mandauit. Surgite, abeamus
 od tamen hinc.
 i uolunt.

S E N T E N T I A.

Inter Christianos quo quisq; maior, eo sum
 missior. Ex charitate cognoscitur Christianus.
 Ut quisq; sibi maximè confidit, ita fa-
 cillimè labitur. Spiritus sanctus Christianum
 perficit.

PILATUS. Matth. 27. Mar. 15.

Luc. 23. Ioan. 18.

A R G U M E N T U M.

Iesum accusant Iudei. Pilatus interrogat.
 Iesus de suo regno & officio respondet. Pila-
 tus eum ad Herodem mittit.

Pilatus, Iudei, Iesus, Pon-
 tifices.

Q uod nam crimen adseritis in hunc hominem,
 quem mihi uinctum tradidistis? iv. Ni-
 ceffet maleficus, nunquam cum tibi tradidissimus.
 Abducite eum uos, & ex lege uestra iudicato-
 briatis. te. iv. ^a Nobis non licet interficere quenquam.
 Sed

Sed si quæris crimina, cum deprehendimus peruer-
tentem gentem, & prohibentem Cæsari tributa da-
re, seq̄ Christum regem esse dicentem. PI. Libet
ex ipso sciscitari. Heus, tu ne es rex Iudeorum? LE.
Tua ne istud sponte dicas, an ex alijs auditum? PI.
Quasi ego Iudeus sim. Tui te populares & pontifi-
ces mihi tradiderunt. Quid commisisti? IE. ^b Re-
gnum meum terrestre non est: quod si esset, mei sa-
tellites pugnauissent, ne Iudeis addiceret. Verum re-
gnum meum hic positum non est. PI. Tu ergo
rex es? IE. Recte aīs. Ego eo natus sum, & in hūc
terrarum orbem ingressus, ut testimonium perhi-
beam ueritati. Quisquis à ueritate est, uocem meam
audit. PI. Quid est ueritas? Heus pontifices, &
plebs Iudea, ego nullum deprehendo crimen in hoc
homine. PON. Atqui nemo est hodie nocentior,
neq; suppicio grauiore dignus. PI. Non audis
que in te proferant criminā? nihil ne respondes? Vi-
de ut te grauiter accusent. Quid taces? ne queo mira-
risatis. PON. Populum sua doctrina, à Galilæa
ad hunc usq; locū excitat. PI. Est ne is Galileus?
PON. Est. PI. Percommode cadit, quod est di-
tionis Herodis, qui nunc in urbe est. Itaq; eum ad il-
lum duci iubebo.

SENTENTIA.

Authoritat̄ suę credi uolunt calumniato-
res piorum. Christi regnum mundanū nō est.

S 2 BAR-

276 DIALOG. SACRORVM
BARRABAS. Matth. 27. Mar. 15.
Luc. 23. Ioan. 19.

ARGUMENTVM.

Pilatus Iudeorū importunitate fatigatus,
Iesum dāmnat ad crucem, Barrabam q̄; latro-
nem liberat.

Pilatus, Pontifices, Iudæi,
Iesus.

Nunc Iudei adduco uobis eum, ut intelligatis
me nullum in eo crimen inuenire. Ecce ho-
mo. PON. Crucifige, crucifige. PI. Compre-
hendite eum uos, & crucifigite. Nam ego nullum in
eo crimen inuenio. IVD. "Nos legem habemus,
quæ iubet cum morte plecti: quia filium Dei se fecit.
PI. Metuo quorsum euadant hæc. Vnde nam es? mihi non eloqueris? An nescis, me potestatem habere
tui uel crucifendi, uel relaxandi? I. Non haberes
ullam in me potestatem, nisi id tibi datum esset super
nē. Itaq; qui me tibi tradidit, in maiore culpa est. PI.
Hic quidem mihi amittendus est, video. IV. Si eum
amittis, ^b non es amicus Cæsari. Quisquis enim re-
gem se facit, aduersatur Cæsari. PI. Age iam edu-
cam eum ad uos. Ecce rex uester. IVD. Tolle in
crucem, tolle in crucem. PI. Regem ego uestrum in
crucem? IVD. Nullum habemus regem, præter
Cæsarem. PI. Nihil ago, video: cedendum est mul-
titudinis

LIBER IIII.

272

*titudinis libidini. Cedo hoc mihi aquam. Hac manuē
lotione testatum uolo, Iudæi, me in sanguine huius in
nocentissimi rei, ab omni noxa abesse, Vesta culpa
est.* IV. *Eius sanguinem nos, nostriq; posteri lu
ento. P. Ergo Barrabam hunc latronem liberū
habete, Iesum autem uestro arbitrio in crucem tollē
dum abducite.*

SENENTIA.

Potestas à Deo est. Cæsari malunt serui
re inimici Christi, quām Christo: & latronem
liberari, quām infontem. Utinam non eadem
ferent hodie.

SIMON. Iordan. 21.

ARGUMENTVM.

Iesus in uitam suscitatus, pescantibus suis
discipulis appetet. Deinde cum eos prandere
iussisset, Petro violentam mortem prædictit.

Iesus, Discipuli, Ioannes,
Petrus,

H EUS iuuenes, nunquid edulij habetis? D. Ni
hil. IES. Iacite rete ad dextram nauis partem, & inuenietis. D. Faciemus. Q' miracu
lum; tanta est in nostro reti piscium multitudo, ut trahere non possumus. IO. Dominus est. PET.
Ego igitur indusum succingam, & ad eum ad ri
pam natabo. DIS. At nos nauigabimus: neq; pro
cul à terra absimus, iam appulimus. Hic est pru
-

c Nocent
steris pec
ta parenti
Nam uerē
amnū ho
luunt Iuc
uocis illi
temeritat

53 nœ im-

278 DIALOG. SACRORVM

næ impositus piscis, & panis. i.e. Afferre de pisci
bus, quos modò cepistis. p. Attraham rete ad ter-
ram. O' magnum numerum piscium. d. Quot

NB sunt? p. Enumerabo. Sunt centum quinquaginta
tres. d. Mirum est, rete non esse eruptum. i.e.s.
Venite pransum. Vescimini hoc pane & pisce. Si-
mon Ioannides, diligis me plus quam hi? p.e. E-
tiam Domine, tute scis quam te amem. i.e.s. Pa-
sce agnos meos. Simon Ioannides, diligis me? p.e.
Etiam Domine, tute scis ut te amem. i.e.s. Pasce
oues meas. Simon Ioannides, diligis me? p.e.t. Do-
mîne, tu omnia scis, tu nosti quam te amem. i.e.s.
Pasce oues meas. simul & hoc accipe: Cum essem iuu-
nis, ipse te cingebas, & ibas quo uolebas: sed cum se-
nueris, ^b alius te, cum manus extenderis, cinget, &
ducet quo noles. Sequere me. p. Hic autem quid?
i.e.s. Si eum uolo manere, donec reueniam, quid ad
te: tu modo sequere me.

SENTENTIA.

Iubente Christo qui piscatur, feliciter pisca-
tur: id quod de hominibus, secundum spiri-
tum, accipendum est. Qui Christum amat,
huic Christus oues committit. Discipuli ea-
dem conditio est, quæ magistri.

LINGVAE. Actor. 2.

ARGUMENTVM

Quum Christi discipulos nouis linguis lo-
quentes

quentes
eos orati-
donū Spin-
tato esfu-
gun, & in

N Oni
ALIV
strum quisq; u
thi, Medi, Elan
& Cappadoci
Pamphyllie, &
essecundum
tum iudei tun
dimus eos re
cuusq; lingui
manum est. E
lenie, an som
agitatio est. O
ain AL. 2 V
de enim tam m
didicissen
omme, attendi
sunt di temuler
nim hora diei

quentes Iudæi putarent ebrios esse, Petrus ad eos orationem habens, demonstrat illud esse donū Spiritus sancti, à Christo in uitam excitato effusi. Hoc auditio illi pœnitentiam agunt, & in Christi nomine lauantur.

Iudæi, Petrus.

Non'ne omnes hi, qui loquuntur, Galilæi sunt? ALIVS. Sunt. 1. Ecquid est quod nostrum quisq; uernacularum sibi linguam audiat? Parthi, Medi, Elamitæ, Mesopotamiae incolæ, et Iudeæ, & Cappadocia, Pontiq; & Asia, & Phrygia, & Pamphylia, & Aegypti, & eius Libyæ partis quæ est secundum Cyrenen, & peregrinantes Romani, tum Iudæi tum aduenticij, Cretensesq; & Arabes, audiimus eos rerum diuinarum amplitudinem nostris cuiusq; linguis eloquentes. Hoc quidem iam non humanum est. Evidenter sic obstupeisco, ut nesciam, uigilante, an sonniem. Quid hoc rei est? A L. Bacchi agitatio est. O Iacche, pater es eloquentia. 1. Quid ais? A L. a Vini pleni sunt, mera temulentia est. Ut de enim tam multas linguas, tam diuersas, tā repente didicissent? P. Viri Iudæi, & Hierosolymæ incolæ omnes, attendite, et necū quæ dicā recognoscite. Nō sunt hi temulenti, quemadmodū uos arbitramini (est enim hora diei tanū tertia) sed uiget illa uatis Ioe-

a Imo e
ipsumeti
nia ebri
putare
etate dis
guas.

280 DIALOG. SACRORVM

lis prædictio; Ultimis autem temporibus (inquit Deus) omne hominum genus meo spiritu perfundam, ita ut uestri filij filiæq[ue] uaticinentur, et iuuenes iuiss, & senes in somnijs edoceantur. Quinetiam si r-

Iecuiden accidisse, in Christi icifixione iebra extiunt, & cæ- a quæ nar- tur ab E- igelstis. resens ex hibitus,

suprà in ccelo, tum infra in terra: uidelicet sanguine, & igne, & fumido uapore. Ipse sol tenebris obducetur, & luna sanguine, antequam Domini magnus ille & insignis dies ueniat. Quisquis autem Domini nomen inuocat, euadet. Audite uerba hæc, Israelite. Iesum Nazarenum, at quem uirum? qui uobis à Deo representatus est portentis, miraculis, signis, quæ per eum Deus in medio uestrum edebat, ut scitis: hunc uos definito Dei consilio & prouidentia traditum, hominum impiorum opera comprehensum, ad palum alligatum sustulisti: quem Deus, erectum ex mortis doloribus, in uitam reuocauit, quatenus fieri non poterat ut à morte tenetur. Duid enim dicit de eo: Propositorum mihi Domum ob oculos semper habeo: eoq[ue] mihi dextero, nulla re commoucor: nec uero solum mentis atque animi læticia gestio, uerum etiam ipso corpore fiderenter præsto: quod tu animam meam apud inferos non deseres, nec permittes ut is qui tibi sua uitam ad pietate placet, interitu deleatur: sed me uiam uitæ duces, docebis, mihiq[ue] cumulatissimam apud te uoluptatem

tem

tem præstabis. Si licet apud uos, fratres, liberè de summo patre Dauide loqui: is & uitam finiuit, & sepultus est, & eius monumentum apud uos ad hoc tempus extat. Sed cum uates esset, & sciret Deum sibi iurauisse, se ex fœtu lumborum eius, quod ad humanam conditionem pertinet, suscitaturum Christum, & in eius solio colloquaturum: præciosus Christi resurrectionis dixit, eius neque animam apud inferos relinquendam, neque corpus interitu esse delendum. Hunc Iesum suscitauit Deus, cuius nos omnes testes sumus. Is Dei dextera elatus, & promisum sancti spiritus à patre consecutus, effudit hoc quod uos nunc uidetis & auditis. Neque enim David ascendit in cælum, sed is ipse loquitur ad hunc modum: Dixit Dominus Dominu meo, sede ad dexteram meam, donec tuos tibi hostes instar subsellij calcandos tradidero. Hoc igitur pro certo habeat omnis Israelis posteritas, Dominum & Christum factum à Deo esse hunc ipsum Iesum, quem uos crucifixistis. IV. O nos impios: Quid agemus fratres? P. Mutate pristinam mentem, & abluimini cuncti in nomine Iesu Christi, ad remissionem peccatorum, & accipietis munus sancti spiritus. ad uos enim pertinet promissio, & ad uestros liberos, & ad omnes remotiores quoscunque vocauerit Dominus Deus noster. Quamobrem habete curam salutis uestræ, et eripite uos ex hoc peruerso ho

282 DIALOG. SACRORVM
minum genere. i. Bene & liberaliter dicis, & no-
bis omnino sic placet. Eluamur.

S E N T E N T I A .

De spiritualibus carnaliter iudicant car-
nales.

CLAVDVS. Actor. 3.

A R G V M E N T U M .

Claudum sanant Petrus & Ioannes. Dein-
de concursu factō populi, Petrus ad populū
de Iesu (in cuius nomine fuerit sanatus ille)
uerba facit. Hic superueniunt sectæ doctorū,
& Apostolos in uincula dant.

Claudus, Petrus & Ioannes, Populares,
Sacerdotes & Antistites fani,
& Sadducæi.

R Espicie hunc miserum claudum, uiiri opti-
mi, quem mater claudum peperit, ita ut nun-
quam sese pedibus potuerit sustinere. Date mihi ali-
quid honoris & amoris Dei gratia, ut uobis Deus se-
fe uicissim benignum præbeat. p. Aspice nos. a Ne-
orū pau- que argentum mihi, neq; aurum est; sed quod habeo,
atem ani suerant hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge,
am succes & ambula. c. O' mirum miraculum. ut mihi ro-
foras. borati sunt pedes: ut nunc firmiter incedo? O` quam
dulce est, consequutum esse bona, quibus carueris?
Ago tibi gratias Deus optime maxime, cuius tanto
sum

LIBER IIII.

283

sum beneficio sanatus. Vnde quām iuuat ingredi et sa-
lire? p. o. Non' ne hic est mendicus ille claudus,
qui solebat pro foribus templi sedens mendicare?
ALIVS. Planē est est. nec possum satis mirari, hunc
tam expeditē nunc ingredi, qui ante loco se moue-
re non posset. p. o. Videor mihi somniare. Subse-
quamus eum: ingreditur in porticum Solomonis.
P. E. T. Quanta huic concurrit multitudo? Quid hoc
admiramini, Israelite, aut quid nos intuemini, quasi
priuatis iūribus, aut pietate efficerimus ut hic ince-
deret? Deus Abrahāni, & Isaaci, & Iacobi, patrum
nostrorum, illustrauit puerum suum Iesum, quem
uos in conspectu Pilati adductum repudiastis, cum
ille absoluendum iudicasset. At uos sancto & inno-
cente repudiato, petiſſis hominem homicidam uo-
bis condonari, & uitæ authorem occidiſſis, quem
Deus à mortuis excitauit. Cuius nos testes sumus: e-
iusq[ue] nominis fiducia hic quem uidetis & nostis, cor-
roboratus est, & illius confidentia integerrimam ua-
letudinem, in uestro omnium conspectu, consequi-
tus. Et nunc fratres, scio uos ^b per imprudentiam fe-
cisse, ut etiam uestros principes: sed Deus, que tot
suorum uatum uoce prædixerat passurū esse Chri-
ſtum, ea hoc modo perfecit. Quanobrem ^c reuerti-
mini ad sanitatem, ut delectant uestra peccata, do-
nec recreationis tempora ueniant à Domino, cum
prænuntiatum uobis Iesum Christum mittet: quem

oporet

^b Homin
peccata
us pro su
pietatis c
uertit in
num.

^c Per i
correcſio
obtinetur
letio pec
torum.

384 DIALOG. SACRORVM

oportet celo contineri, usque ad tempora instauratio-
nem omnium, quae Deus tot suorum sanctorum
voce uatum iam olim prædixit, Moses enim maioribus
nostris ita dixit: Vatem uobis suscitabit Dominus
Deus uester ex uestra consanguinitate, mei similem: ei parebitis ad omnia que uobis dicet. Quod
si quis uati illi dicto audiens non fuerit, is ex numero
hominum tolletur. Eodem modo tam multi uates,
qui à Samuele deinceps fuerunt, qui hæc tempora
prædixerunt, & tanto ante denunciauerunt. Vos
estis ex uatibus orti, & in eo foedere comprehensi,
quod percussit Deus cum maioribus nostris, cum di-
ceret Abrahamo, per eius semen felicitatem conse-
quutas omnes orbis terrarū nationes. Ad uos pri-
mū Deus suscitatum puerum suum Iesum misit, &
qui uobis felicitatem afferret, si modo uestrum unus
quisq; à suis uitijis descisceret. S A C. Enim uero
iam ferendum non uidetur, tantam eis licentiam da-
ri, ut populum publicè doceant. Nam quid futurum
est. S A D. Quid? nisi ut nobis relictis, omnes ad
eos transeant? Nam quod resurrectionem mortuorū
per nescio quem Iesum futuram prædicant, facile a-
nimis imperite multitudinis in suam sententiam per-
trahunt. A N. Itaq; mature occurrentum huic ma-
lo est. Comprehendite eos, satellites, coniuncte hos nu-
gatores in uincula. Hac illuc nocte garriant, cras no-
biscum serio disputaturi. Non iam cum indoctis ra-
tionem

te à Chri-
felicitatē
sequare,
ciscendum
stā uitijis.

unamini

honestem habe-
tifices eis, &
eadam erit, q-
bunt. Nam p-

Christi i-
lent inuidi-

P R

Petrus &
primores ca-
bus ne dein
tuos nega-

Senat

Q Va n-
cifiss
hominem infir-
pes populi, &
sanatus sit: he-
tarum populo
nomine Iesu C
fixum Deus à
in uestro consp-
ificantibus reice

LIBER IIII.

288

tionem habebūt, quos possint facile seducere: ad pontifices eis, & principes, & senatorēs, & scribas uenientes.
endum erit, qui eorum arguias uehementius refutabunt. Nam plebem quidē habent ad omnia sequacē.

SEN TENTIA.

Christi nomen est omnipotens. Veritati solent inuidere & aduersari doctri huius mundi.

PRIMATES. Actor. 4.

ARGVMENTVM.

Petrus & Ioannes de sanato claudio apud primores causam dicunt: & illis interdicentes ne deinceps Iesum doceant, obtemperaturos negant.

Senatores, Petrus, & Ioannes,
Primates, Annas,
Caiphas.

Quā nam potestate, & cuius nomine hoc fecistis? PET. Si nos hodie de collato in hominem infirmum beneficio interrogamur, principes populi, & Israelitarum senatorēs, quā nam resanatus sit: hoc uobis omnibus, cunctoq; Israelitarum populo notum esse uolumus, sanatum esse in nomine Iesu Christi Nazareni, quem à uobis crucifixum Deus à mortuis excitauit. Per eum hic astata in uestro conspectu sanus. Hic est lapis à uobis edificantibus rejectus, qui adhibitus est ad caput angulinec

*Li: nec est in ullo alio salus, nec ullum aliud nomen est
sub celo hominibus datum, per quod nobis liceat*

*Ethodie seruari. PRIMAT. ^a Hoc supra omnia mira mi-
rabile est, homines illiteratos & idiotas tam confi-
denter & scite loqui. SENAT. Atqui erant hi le-
su comites, & hic homo uerè sanatus adest. Iuban-
tur exire paulisper è concilio, ut hac de re inter nos
consultemus. Exite paulisper. Quid faciemus homi-
nibus his? Nam conspicuum ab eis miraculum edi-
tum esse, omnibus Hierosolymæ incolis manifestum
est, nec possumus negare. C A. Ita est. ^b Sed ne hæc*

*res in uulgo dæmanet latius, minemur eis acerrime,
ne amplius hoc de nomine cuiquam mortalium uer-
bum faciant. Nam qua ratione in eos animaduer-
mus, non uideo. Omnis populus hac de re Deum lau-
dat: homo cui tam difficiili in re tam præsens auxili-
um oblatum est, annum agit supra quadragesimum,
estq; omnibus notissimus. A N. Bene mones. Intro-
mittantur. C A. Attendite Galilæi. Interdictum uo-
bis, ne omnino uocem mittatis, ne 'ue doceatis nomi-
ne Iesu. P E. & I O. Vtrum æquum sit, & Deo
probari possit, uobis obtemperare potius quam
Deo, uos uideritis. Nos quidem non possumus, que
uidimus & audiuimus, non dicere. C. Vos nisi
malo coacti, recte facere nescitis. Sed nisi pa-
rebitis, uestræ contumacia poenas acerbissimas
luetis.*

SEN.

Benefic
mores or-
untur. Ve
& literato
gis obedie

Cum fu-
lis diuinatu-
los euocan-
cunt. Tu

Apparitor

Carcer
gentij
stantes; sed u
mus. A N. V
Nunquam hu
ita sunt. Qu
Homines illi,
fano, & ibi p
modi, ut quem
apparitorum:
sine u: etenim

Beneficia diuina pro maleficijs habent pri-
mores orbis, ueritatemq; prædicari non pati-
untur. Veritatem suam celauit Deus sapiëtes
& literatos, eamq; patefecit paruulis. Deo ma-
gis obediendum quam hominibus.

GAMALIEL. Actor.5.

ARGUMENTVM.

Cum fuissent Petrus & Ioannes ex uincu-
lis diuinitùs liberati, primores, eo cognito, il-
los euocant: & illi doctrinæ suæ causam di-
cunt. Tum Gamalielis suasu dimittuntur.

Apparitores, Antistes fani, Quidam pon-
tifices, Sacerdos, Petrus,
Gamaliel.

CArcerem quicam inuenimus clausum dili-
gentissimè, & custodes foris ante ianuam
astantes: sed ubi aperiimus, neminem intus inueni-
mus. A N. Videor uidere rerum naturam inuerti.
Nunquam huiusmodi monstra, ne fando quidem au-
dita sunt. Quid? egressos' ne esse clauso carcere? Q.
Homines illi, quos uos in custodiā dediſtis, sunt in
fano, & ibi populum docent. A N. Hæc sunt eius-
modi, ut quemuis ^a de mente deiçiat. Sequimini me, ^a ad insa-
apparitores: adducam eos in concilium. P O. Sed ^b redigant.
sine ui: etenim concitares in nos uulgi seditionem,

O statim

288 DIALOG. SACRORVM

lapidare. & statim^b ad saxa ueniretus: nam magnum est ples-
mur. bis in eos studium. S A. Nisi prouidemus, actum
de nobis est, iam nullo in precio sumus: omnium ocu-
li in eos sunt coniecti: prospiciendum aliqua ratione
est. A N. Ecce homines. P O. Non ne uos ue-
tuimus isto nomine docere? At qui repleuistis Hiero-
solymam doctrinæ uestra, & uultis in nos illius ho-
minis sanguinem deriuare. P E T. Parendum Deo
magis est quam hominibus. Deus maiorum nostro-
rum Iesum suscitauit, quem uos in patibulo suspen-
sum interfecistis. Hunc Deus ductorem et seruato-
rem, sua dextera extulit, ut per eum Israelitis ad sa-
niorem uiuendi rationem reuersis, ueniam dare pec-
atorum. Et nos sumus ei testes harum rerum: nec
non sacer ille spiritus, quo Deus ei obedientes affla-
uit. P O N. O' audacissimos impostores. Quid a-
gimus uiri? quin de his penas sumimus. G A. Iube-
te, si placet, eos paulisper foras discedere. Considera-
re uiri Israelite, de hominib. his, quid eis sitis facturi.

Ab exem-
utiliter
fuadet.

c Superioribus diebus exiitit Theudas quidam, qui
se se iactabat esse aliquem, cum quo homines ad nu-
merum quadringentorum se coniunixerunt. Is oc-
cisis est, & quotquot ei parebant, dissipati, & ad
nibilum redacti. Post eum exiitit Iudas Galileus,
tempore professionis, multumq; ad se hominum
traduxit: sed & is perijt, & omnes qui ei obtempe-
rabant, profligati sunt. Nunc quoque uos summo-
neo,

heo, ut uobis
so faciat. .
mimib; est,
non potestis.
A N. Non
multi quidem
virgines cedam
tionem facere

Nihil effi-
moribus h
ma est uili-
repugnat.

ST

Accusat
tit tanto sp
Iudeorum

Testes

Hic hom
Hijos fisi
Etimi audiu-
ueretur usq;
Mose ritus mu-
Attende, frat-
luit patri nostri

neo, ut uobis ab his hominib. temperetis, eosq; mis-
fos faciat. ^d Nam si hoc consilium & opus ab ho-
minibus est, dissoluetur: sin à Deo est, id dissoluere
non potestis, nisi forte uultis uideti Deo repugnare.
A N. Non male consulit Gamaliel. P O N T. Ut
mihi quidem uidetur. Sed euocemus homines, eosq;
uirgis cædamus, & uetemus ullam Iesu nominis men-
tionem facere.

d sapiens
etum, in re
inili seque
dum.

S E N T E N T I A.

Nihil est ad ueritati credendum durius pri-
moribus huius mundi. Boni consiliarij maxi-
ma est utilitas. Qui Dei operi repugnat, Deo
repugnat.

S T E P H A N V S. Actor. 6.

A R G U M E N T U M.

Accusatus impietatis Stephanus, causam di-
xit tanto spiritu, ut ei resistere non ualentes
Iudæorum primi, eum lapident.

T e s t e s, P o n t i f e x, S t e p h a n i u s, S e-
natores, S c r i b æ.

H ic homo non definit impiè contra hunc reli-
gioſiſimum locum, & contra legem loqui.
Etenim audiūmus eum dicere, Iesum Nazarenū
euersurum esse hunc locum, & traditos nobis à
Mose ritus mutaturum. p. Sunt ne iſta uera? S T.
Attendite, fratres & patres. Deus glorioſus appa-
ruit patri nostro Abrahamo, cum effet in Mesopo-
t amia tanuā,

230 DIALOG. SACRORVM

tamia, antequam Charræ degeret: eiq; mandauit, ut ex solo natali digrederetur, ueniretq; in terram quā ipse ei ostenderet. Tum ille ex terra Chaldæa profectus, Charrae habitauit, unde eum (mortuo eius patre) Deus in hanc terram transtulit, quam uos nunc incolitis: in qua nullam ei possessionem tradidit, ne uestigium quidem pedis. & tamen promisit, sese ei eius possessionem daturum, & eius post eum soboli, cum liberos non haberet. Locutus est autem cum eo ad hunc modum: eius posteros peregrinos fore in terra extraneorum, eorumq; seruitutem & iniurias per quadrageitos annos perpessuros. Sed illam ego gentem, cui seruient (inquit) ulciscar: exitibuntq; postea, & me hoc ipso in loco adorabunt. eamq; rem imito cum eo circuncisionis foedere firmavit. Is genuit Iсаacum, cumq; octauo die circumcidit: Iсаacus Iacobum, Iacobus duodecim summos patres. Summi patres inuidia adducti, Iosephum in Aegyptum duendum uendiderunt. Sed adfuit ei Deus, cumq; ex omnibus angustijs eripuit, & effecit ut Pharaon Aegypti rex ei sua sibi sapientia commendo, totius Aegypti, totiusq; sua familiæ principatum traderet. Cum autem, orta fame in omni Aegypto & Chananea, patres nostri in magna essent difficultate cibaria: Iacobus, qui audiuerisset frumentum esse in Aegypto, eos illò semel atque iterum dimisit, estq; Iosephus altero itinere à fratribus suis agnitus,

eiusq; glorius patrem ad homines dicitur Iacobus, "ipse mam: & in se genti prelio a quantitate promisit, ut nraera, cre numero: donec uera. Is nostraris fratres eo usque curaret, ne conatus est Mosie ne tres mensa esset, sublatu filio educatus rum disciplina. Quidam iam querit, uenit ei in lacus uferat: cum defendat, eiusq; arbitrabatur re, Deum b' ipse intelligebant. dentes pacem i quinco esse co-

LIBER IIII.

393

nos, eiusq; genus Pharaoni declaratum. Tum Iosephus patrem suum Iacobum, & familiam omnem, ad homines septuaginta quinq; accersuit. Descendit igitur Iacobus in Aegyptum: ubi cum uitam finiuit, "ipse & patres nostri translati sunt Sichebam: & in sepulchreto siti, quod ibi Abrahamus ari genti precio a filiis Emoris emera. ipse
pus Rex
vnde Littera III Littera III

b ipso e
caso illi
Mosem
ptio.
c non de
alterum
ri uoce

Xumq; iam quadragesimum etatis annum comple-
ret, uenit ei in mentem, consanguineos suos Israeli-
tas uisere: cumq; uidisset quandam iniuria affici, eum
defendit, eiusq; iniuriam caso Aegyptio, ultus est.
Arbitrabatur autem consanguineos suos intellige-
re, Deum b ipsis per ipsum salutē dare: quod illi non
intelligebant. Postero die conficatus eos conten-
dentes, pacem inter eos conciliare studebat, consan-
guineos esse commemorans: c cur alius alij noceret?

t 3

Sed

392 DIALOG. SACRORVM

Sed qui alteri faciebat iniuriam, cum repulit, querens, quis cum principem & iudicem in eos constituisse? num se uellet interficere, quo modo pridie interficiisset Aegyptium? Ex eo dicto Moses aufigit, in terra Madianitarum peregrinus fuit, ubi filios duos genuit. Peractis autem quadraginta annis apparuit ei in solitudine monte Sinæ, Genius Domini, in flamma ardore rubi. Quo spectaculo admiratus, cum ad iusendum accederet, audita Domini ad eum uox huiusmodi est: Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacobi. Hic cum tremefactus Moses non auderet intueri: Detrahe tibi (inquit ille) calceos de pedibus, nam locus in quo stas, sacer est. Vidi afflictionem populi mei, qui est in Aegypto: eorum genitu auditio, ad eos liberandos descendit. Itaque uolo mittere te in Aegyptum. Hunc Mosem, quem illi repudiauerant, querentes quis eum principem & iudicem constituisse? hunc ipsum Deus principem & liberatorem misit, ductu Genij, qui ei in rubo apparuerat. Hic eos eduxit, miraculans fecit, & prodigia, tum in Aegypto & mari rubro, tum in desertis, annis quadraginta. Hic est Moses ille qui dixit Israelitis: Dominum Deum ipsorum uatem eis ex eorum consanguinitate significaturum, ipsi Moysi similem, cui parerent. Hic ille est, qui in multitudine fuit in desertis, cum Genio, qui cum e locutus

locutus est in
fris: qui uit
traderet: cu
resonisti, se
conquererunt
ceret deos, qu
essent ex Aeg
ilaque uitulam
peregerunt,
Et Deus aue
ram, quemad
est: Nunquid
quadraginta a
non adhibuisti
uestri Rompi
adorandum, o
lonent. Taber
res nostri in d
srationem ei
ceptum, eoru
xerunt tum. cu
quis Deus eor
tum est ad tem
uoluit domici
autem ede, &
nus factis habita
Malis: Coelum

locutus est in monte Sina, & cum maioribus nostris: qui uitalem accepit doctrinam, quam nobis tradiceret: cui noluerunt dicto audientes esse maiores nostri, sed eo reiecto, animis sese in Aegyptum conuerterunt & ab Aarone petiverunt, ut sibi faceret deos, qui se antecederent: nam Mosi illi, a quo essent ex Aegypto educti, sese nescire quid accidisset.) Itaque uitulum tum fecerunt, & sacrificium statim peregerunt, delectati operibus manuum suarum.

^d Et Deus auersus eos sicut prolabi ad cultum astro
rum, quemadmodum in uatum monumentis scriptū
est: Nunquid mihi uictimas & sacrificia obtulisti
quadraginta annis in desertis, posteri Israelis? an
non adhibuisti tabernaculum Molochi, & fidus dei
uestri Romphanis? que uos simulachra fecisti ad
adorandum, ob que ego transferam uos ultra Baby-
lonem. Tabernaculum oracularē habuerunt maio-
res nostri in desertis, sicut præscripserat is qui Mo-
si rationem eius faciendi ostendit) Quod ab illis ac-
ceptum, eorum successores una cum Iosua introdu-
xerunt tum. cum inuaserunt in fines earum gentium,
quas Deus eorum aduentu exterminduit: donec uen-
tum est ad tempora Dauidis, qui uisus Deo fauente,
uoluit domicilium inuenire Deo Iacobi. Salomo
autem æde ei edificauit. Sed non in templis ma-
nus factis habitat supremus ille, quemadmodum dicit
uates: Cœlum nūhi sedes est, & terra pedibus meis

t 3 subsellium;

294 DIALOG. SACRORVM

Subsellium: Quam mihi uos domum extruetis (inquit Dominus) aut quis mihi locus requietis erit? Non ne mea manus fecit ista omnia? Pertinaces, & animo & auribus incircuncisi: uos semper Spiritui sancto restititis, & uos & maiores uestri Nam quem illi uatum non sunt insectati? An non eos necauerunt, qui aduentum iusti prænunciauerunt? cuius uos modò prædictores fuistis, & imperfectores, qui Genitorum administratione acceptam legem non seruastis. P.O. Disrumpor præ iracundia. Hunc cine tam arroganter? S.TEPH. Ecce autem uideo cœlos apertos, & filium hominis Deo ad dexteram stantem. S.E. & S.C. O' impudentiam. Quid cum audimus amplius? inuadamus in eum uniuersi, ejiciamus eum ex urbe. Agite, iam lapidetur. Vos testes, uestrum est initium facere lapidationis: sustinet partes uestrar. S.T. Nos uero perlubenter. Atque ut simus expeditiores, hic apud te, adolescentis, uestra menta nostra deponemus. S.C. Quid cunctamini? ferite, ferite etiam atq; etiam, geminate. Vos omnes cooperite hunc lapidibus, coniijcite uniuersi, iacite grandine densius. S.T. Domine Iesu, accipe spiritum meum. S.E. Properemus, obruamus cum lapidibus. S.T. Domine, & noli in hos vindicare hoc facinus.

SENTENTIA.

Veritatem impietatis loco habent rectores
huius

state of
ficium.
dolescēs
Saulus,
postea
us dictus
est.

ferite, ferite etiam atq; etiam, geminate. Vos omnes cooperite hunc lapidibus, coniijcite uniuersi, iacite grandine densius. s.t. Domine Iesu, accipe spiritum meum. s.e. Properemus, obruamus cum lapidibus. s.t. Domine, & noli in hos vindicare hoc facinus.

christi do-
jam & fa-
mitatur,
is pro ini-
mis.

huius seculi. A' quibus ueritate uincuntur, eis
uim inferunt. Sic pugnant rectores tenebrarū
huius mundi.

CORNELIUS. Actor. 10.

ARGUMENTVM.

Accersitus à Cornelio centurione Petrus,
eum de Iesu docet, & in eius nomine lauat.

Cornelius, Petrus.

A Vdiui modò intus aduenire cum, quem cu-
raui accersendum. Itaq; ei exeo obuiam. *Q*
falue multum mi. P. Ah quid agis? surge, quid " me a ad;
ita accidis? Ego quoq; homo sum, ne tu me diuinis ho
noribus afficias. Ingrediamur. Qui nam sunt isti,
quos hic conuenisse video? C O R. Mei sunt co-
gnati, & necessarij atq; amici, quos hoc iussi conuo-
cari. P E T. Vos scitis, ut nefas sit homini Iudeo
hærere, aut congregari alicui extero. Sed me Deus do-
euit, neminem profanum aut immundum censere ho-
minem. Quamobrem accersitus, nihil dubitauit ueni-
re. Nunc scire uelim quam ob causam me accersueri
tis. C O R. Quarto abhinc die, ad hanc horam e-
ram ieunus, & domi meæ hora nona precatio-
nies faciebam. Ecce aut̄ uir quidā extitit in meo conspectu,
ueste splendida: & Tua (inquit) precatio, Corneli, ex
audita est, tuaq; misericordia & benignitas Deo in
memoria insedit. Mitte ergo loppen, accersitū Simo-
ni cognomine Petru (is diuersatur apud Simonē co-

t 4 riarium,

298 DIALOG. SACRORVM

riarium, ad mare) qui ubi aduenerit, colloquetur tecum. Ego continuò misi ad te: & tu rectè fecisti, quod uenisti. Nunc nos omnes in Dei conspectu adsumus, ad audienda omnia tibi à Deo mandata.

J.P.E.T. Reipsa comperio, nullum Deo personarum esse discrimen: contraq; apud omnes nationes, qui eum metuunt, uitamq; innocenter instituerunt, ei esse acceptos. Omnium summa est in disciplina, qua curauit erudiendos Israelitas, quos lato pacis nuncio affectit per Iesum Christum. Vos scitis quae res acciderit per totam Iudeam, usque à Galilea, post lotionem quam publicauit Ioannes: de Iesu loquor Nazareno, sacro Dei numine & potentia predito: qui ultro citroq; commeans, multa multis beneficia conferebat, omnesq; sanabat, quotquot à Veioue illo diuexabantur: quippe cum Deus ei adesset. Et nos testes sumus omnium que fecit cùm in reliqua Iudea, tum Hierosolymis. Quem ipsi Iudei, palo affixum, sustulerunt. Eum Deus tertio die in uitam reuocauit, & manifestò ostendit, non uulgo, sed nobis designatis diuinitus testibus, qui quidem cibum potionemq; sumpsimus cum eo, postquam à morte reuocatus est. Ac munus ab eo assignatum habemus, ut uulgo prædicemus, & testificemur, eum uiuentium esse, mortuorumq; iudicem à Deo destinatum. Hunc omnes uates testantur, eum esse, per cuius nomen, ueniam peccatorum consequantur, quot-

quot

phot ei con
corripiunt
sis linguis lo
minus aqua
affari sunt?

Nulliu
t; Christ
Deum me
cepti sun

C1

Repre
quod cum
congregati

N Os
do p
Quod nam
mines prepa
bum capiſſi,
prout ſeſe ha
tis. C.H.R.
do loppa o
extra mer a
teum magni

LIBER IIII.

297

quot ei confidunt. Sed quid hoc nouæ rei est? numine corripiuntur omnes qui me audiunt, & iam diuersis linguis loqui incipiunt. Num quid cause est, cur minus aqua abluantur, qui eodem nobiscum numine afflati sunt? Abluantur sàne nomine Domini.

SENTENTIA.

Nullius conditionis hominem non admittit Christus. Apud omnes nationes, quicunque Deum metuant, innocenterque uiuunt, Deo accepti sunt,

CIRCVNCISI. Acto. II.

ARGUMENTUM.

Reprehensus à Christianis Iudeis Petrus, quod cum Cornelio extraneæ gentis homine congressus fuisset, causam dicit, & obtinet.

Christiani, Petrus.

Nos quidem factum tuum probare nullo parato possumus, ut libere loquamur. PET.
Quod nam id est tandem? CHRIST. Quod homines præputio præditos conuenisti, & cum eis cibum cœpisti. PET. Si uobis uidetur, rem omnem, prout se habet, enarrabo: uos ea audita, iudicabitis. CHR. Placet, enarra. PET. Cum in oppido Ioppa orarem, uisus sum mihi uidere (cum essem extra me raptus) uas quoddam descendens, quasi linteum magnum, quod quatuor capitibus de celo demis-

t s sum,

298 DIALOG. SACRORVM

fum, ad me usque peruenit. Id cum attentus contem-
plarer, uidi quadrupedia terrestria, & feras, & ser-
pentes, & aereas uolucres. simulq; uocem audiui
dicentem mihi: Age Petre, macta, & uescere. Tum
ego: Minime, Domine. nihil enim unquam immun-
dum, aut impurum, per os meum intravit. At illa uox
iterum de celo inquit: Quæ Deus purgauit, tu' ne
pollue. Idq; ter factum est, & tum demum omnia in
celam subducta sunt. Tum continuò prestò fuerunt
tres homines in ea domo, in qua eram, ad me Cesa-
rea misi. Cum his ut abiecta omni cunctatione con-
grederer, diuino afflatu admonitus sum. Iuerunt una
mecum sex fratres hi, ac nobis hominis domum in-
gressis renunciavuit ille, ut Genium domi suæ uidisset
astantem, & sibi præcipientem ut mitteret loppes
homines, qui accerserent Simonem cognomine Pe-
trum: ex quo ea audiret, quæ & ipsi essent, & ipsius
toti familie salutaria. Hic cum ego loqui cœpissim,
illi diuino afflatu correpti sunt, quemadmodum &
nos fuimus principiò. Tum recordatus sum illud Do-
mini dictum, quo dixerat, Ioannem quidem abluisse
aqua, sed nos spiritu sacro ablutum iri. Quod si eo-
dem illos munere affecerat Deus, quo nos, cum in Ie-
su Christi Domini fidē uenissimus: ego quis eram, ut
possem obfistere Deo? C H R. Iam nihil addimus:
sed gratias Deo agimus, qui etiam exteris per uitæ
castigationem aditum ad uitam patefecerit.

SEN-

Imitan-
no iussu fe-
bus redde-
mittit, eos

Eductus
Arianis nar-

Per

A Perit
scio q
PET. Ecqu
el, Petrus es
mus, Petrus p
nis, RHO. A
Genius eius e
RHO. Non
riamus. Q' m
es Petrus? p
nus eduxit è
per uices cu
inter duos mi
remq; custo
Genius Dom
Illustrata est.

RVM
ritus contem-
peru, et cr-
uocen alii
uscere. Tan-
quam immu-
nitas. At illa uer-
tegauit, tu se
num omnia n-
ostro fueris
ad me Cef-
fatione con-
stuerunt uia
is domum n-
omisue uie
itteret loppes
ognione Pe-
tent, et ipsius
qui capiesset,
nadamodum et
s sum illud Do-
uiciem abu-
li. Quid si co-
nos, cum in le-
to qui erat, ut
nisi admittas:
xteris per vita-
verit.

LIBER IIII.
SEN TENTIA.

295

Imitanda est Petri modestia, qui quod diuī
no iusu fecerat, eius tamen causam homini-
bus reddere non designatur. Quos Deus ad-
mittit, eos repudiare nemo deberet.

RHODE. Actor. 12.

ARGUMENTUM.

Eductus diuinitus ex carcere Petrus, Chri-
tianis narrat, quemadmodū fuerit eductus.

Petrus, Rhode, Christiani.

APerite mihi has fores aliquis. RHO. Ne-
scio quis pulsat hostium: prouiso quis sit.
PET. Ecquis mihi aperit tandem? RHO. Petrus
est, Petrus est. O me felicem: o populares, salui su-
mus. Petrus pro foribus uestibuli stat. CHR. Infa-
nis. RHO. Minime uero. Agnoui eius uocē. CHR.
Genius eius est. PE. Heus, heus aperite tandem.
RHO. Non auditis eum pulsantem? CHR. Ape-
riamus. O' mirum miraculum. Tu ne ergo uerus ad-
es Petrus? PET. Pax sit rebus. Audite ut me Domi-
nus eduxit è carcere. A quater quaternis militibus
per uices custodiebar. Cumq; hac nocte dormirem
inter duos milites, uinculus duabus catenis, carce-
remq; custodirent ante ianuam custodes, ecce adest
Genius Domini, cuius in aduentu domus splendore
illustrata est. Is me pulsato latere expergesfactū, iuf-
fit sur-

300 DIALOG. SACRORVM

fit surgere confessum, continuoq; mihi è manibus exciderunt cathenæ. Tum ille: Preceps te, inquit, & in due sandalia. Atq; ita feci, iussusq; amicire pallium, & cum sequi, parebam: cum iam egressus, non dum intelligerem rem ueram agi, sed mihi uisum cernerere uiderer. Et iam prætergressi primos & secundos custodes, uenimus ad portam ferream, qua itur in urbem: quam ultrò nobis patefactam egressi, processimus uicum unum, atque ibi me relinquit ille. Tum ego, ubi ad me redij, aperte intellexi, eum à Dominu missum esse ad me, ex Herodis manu, & tanta Iudei populi expectatione, eripiendū. Hæc uos Iacob & fratribus nunciabitis. Mihi aliò concedendum est.

SENTENTIA.

Deum nulli carceres, nullæ catenæ prohibent, quo minus liberet suos. Quos libera re uult Deus, tenere nemo potest. C

PHILO SOPHI. Actor. 17.

ARGUMENTVM.

Paulus Athenis de Deo & Christo, & resurrectione loquutus: à philosophis deridetur: à Dionysio Areopagita admittitur.

Stoici, Epicuræi, Paulus,
Dionysius.

Possimus ne ex te scire, quæ sit ista tam noua doctrina, qua affers? Nam inaudita quedam nostris

ORVM
i e manducare ex-
e, inquit, &
ganticare palli-
n egressus, non
d mbit in jan cr
rimos & com-
erream, qui fin
ian egressi, pre-
te relinquimus.
ellexi, cum i De
manu, et lata
Hec nos lan
alio concretio

atenz probi.
Quos libera.

flor. 17.

riflo, & redi-
s dentatur

lus,

fit istam veiu
gandit que dan
neferis

LIBER IIII.

502

nostris auribus affers, Iesum, nescio quem nouum
Deum, & alteram uitam prædicans. Hæc qualia
sint, uelimus ex te discere. P.A. Video uos omni-
no, Athenienses, paulo superstitiones. Nam cum
præteriens uestra spectarem sacra, aram quoq; offen-
di, in qua inscriptum inerat, Ignoto Deo. Eum uobis
ego Deum, quem ignorantes colitis, annuncio. Deus
qui fecit mundum, & omnia que in eo constant, cum
sit cœli terræq; Dominus, non habitat in templis ma-
nus factis: nec hominum manibus colitur, quasi ulla
re egeat, qui ipse omnibus uitam, spiritum, omnia
denique conser. O quicq; ductum ex unius sanguine
omne hominum genus, in omni terræ solo collo caue-
rit: quibus statu uiuendi tempora, certosq; inhabitan-
di terminos præsiniuit, ut suum Dominum quære-
rent, si forte peruestigare & inuenire eum possent,
cum tamen non procul absit ab uno quoq; nostrum
cum in eo uiuamus, moueamur, & simus, ut qui-
dam etiam uestrorum poetarum dixerunt: Eius e-
nim genus sumus. Quod si genus sumus Dei, non de-
bemus existimare, auro aut argento, aut lapidi arte
& industria humana cælato, numen esse simile.
Ac nunc, ^a omisso ignorantie temporibus, Deus
omnibus ubiq; hominibus denunciat, ut uitam corri-
gant. Statuit enim diem, in quo uniuersos homines
cum summa æquitate iudicaturus est, per uirum
quendam, per quem id facere decreuerat: quem
dum

^a Veniat
commis-
ſionis &
re pec-
omnibu-
ullo dis-
ne salut-
fert, du-
do uitæ
gant.

302 DIALOG. SACRORVM
dum à morte reuocauit, certam eiusdem conditio-
nis adipiscendæ spem fecit omnibus. E. Festiuum
ripi dicit. nugatorem, qui hic nobis homines morti ^b eripit.
s. De hoc satis in presentia: aliás te de eadem re
audiemus. D. At ego ita affectus sum tua oratio-
ne, peregrine, ut iam nihil dubitem quin ita sit: sta-
tuicq; à te non discedere (si tibi molestum non est) nisi
ista doctrina, quantum satis est, in structus. PAUL.
Mibi uero nihil incundius fieri potest, quam & te-
cum, & cum omnibus ita animatis ea communicare,
quæ diuinitus edoctus, paſsim diuulgare sum iuſſus.

S E N T E N T I A .

Mundana sapiētia diuinam pro stulticia ha-
bet. Deus ex suis operibus, sicut opifex, co-
gnoscitur.

LYSIAS. Actor. 21.

A R G V M E N T U M .

Comprehensus in templo Paulus à Iudæis;
illis eripitur à Lysias tribuno, eiusq; permisso
apud Iudæos causam dicit. Sed tumultuantibus,
Lysias cum uirgis cædi iubet. uerū ubi
ciuem Romanum esse cognouit, soluit.

Iudæi, Lysias, Paulus,
Centurio.

Succurrите, uiri Israelitæ. Hic est homo ille, qui
contra populum, & legem, & locum hunc o-
mnis

panes ubique docet. Quintiam Grecos introduxit
in sacrum, & sanctum hunc locum profanauit.] A-
LIVS. Extrahamus eum è fano : interimamus
eum. Quid expectamus ? Iam pridem debuit inter-
fici. Quod si factum esset, has turbas evitassemus.
ALIVS. Vapula, homo seditiose. Hic nos te
ictibus trucidabimus. Hem tibi. AL. Des-
namus hunc uerberare, populares : nam video hue
uenire tribunum cum militibus. L. Vnde tam su-
bito tanta orta est seditio ? Echo, hiccine in causa
est ? comprehendite hunc milites, & ei inicite cate-
nas. Quis nam est ? aut quid fecit ? Tacete cla-
mosi homines. Possum ne ex uobis scire, quid nam
commiserit ? Alius aliud nescio quid clamat. Nihil
intelligo. abducatur in casera. Quo (malum) haec
tanta violentia est ? Hic iam, credo, opprimemur
in turba. IVDAEI. Interime eum. PAVL.
Licet ne mihi te alloqui ? LYS. Scis ne Græ-
ce ? Non ne tu es Aegyptius ille, qui superiori-
bus diebus concitata seditione, eduxisti in sylvas
illa quatuor millia sicariorum ? PAVLV. E-
go homo sum iudeus, Tarsensis, cuius non obscu-
re Ciliciae ciuitatis. Sed orote, permitte mihi ad
populum loqui. LYS. Permitto. PAVLV.
Audite meam hanc ad uos defensionem, fratres
& patres. Ego homo iudeus sum, Tarsi in Cilicia
natus, & in hac urbe educatus ad pedes Gamalic-
lis,

304 DIALOG. SACRORVM

iudiciorum, patriis legibus accurate institutus, & Dei cu-
 pidus, quemadmodum uos omnes estis hodie: qui
 hanc uiuendi viam sum capitaliter insectatus, ui-
 ros simul & mulieres constringendo, & in carce-
 rem condendo. Testis est mihi pontifex, totusq; se-
 natus, à quibus etiam epistolas ad fratres accepe-
 ram, & Damascum proficisciabar, eos quoq; qui ibi
 adduce- essent, uintos Hierosolymam ad supplicium) addu-
 rem.
 caturus. Sed in eo itinere cum appropinquarem Da-
 masco, circiter meridiem, repente de celo multa
 me lux circumfusit: & collapsus ad terram, uocem
 audiui dicentem mihi: Saule, Saule, quid me insecta-
 ris? Tum ego: Quis es, Domine? Atq; ille: Ego sum
 Iesus Nazarenus, quem tu insectaris. Qui autem me
 cum aderant, lucem uiderunt illi quidem, & terri-
 ti sunt, sed uocem non audierunt alloquentis me.
 Tum ego: Quid agam, Domine? Et Dominus: Sur-
 ge, inquit, & proficisci Damascum. Ibi tibi di-
 centur omnia que te facere statutum est. Cumq;
 pre lucis illius splendore non uiderem, manu du-
 ctus à meis comitiis, perueni Damascum. Ananias
 autem quidam vir pius, & legi conuenienter ui-
 uens, e testimonio omnium illie habitantium Iudeo-
 rum, uenit ad me, & astans mihi: Saule frater, in-
 quiruit, aspice. Cumq; ego eodem temporis usfigio
 in eum intuitus essem: Deus patrem nostrorum (in-
 quiruit ille) destinauit te ad cognoscendam eius uolu-
 tatem,

tadem, & adi-
 uidendum: q
 homines, eae
 ri. Et nunc qu
 vocato Domini
 so autem mihi
 accedit ut exte-
 tent mihi: P
 xi: non accipi
 Catego: Dom
 si in custodia
 reos qui tibi
 phani sanguis e
 i consuevint
 cum interficiel
 te ad procul re
 Tolle istum ex
 nit cum uiuere
 esse est. Gaudio
 sum populum i
 marent, & ues
 rem iacerent. H
 ri. Milites, intr
 git causam fat
 clametur. Ce
 deligetur. Pa
 Romanum inde

testatur
 nes, &c.

LIBER IIII.

305

tatem, & adiustum uidendum, uocemq; ex eius ore audiendam: quoniam testis ei futurus es apud omnes homines, earum rerum quas & uideris, & audieris. Et nunc quid cunctaris? Agedum, abluere, & invocato Domini nomine peccata tua elue. Reuerso autem mihi Hierosolymam, & in templo oranti, accidit ut extra meipsum raptus, uiderem cum dicentem nūhi: Propera, & Hierosolyma celeriter exi: non accipient enim tuum de me testimonium. Cui ego: Domine, inquam, sciunt ipsi ut ego solitus sum in custodiam dare, & per collegia uirgis cedere eos qui tibi confiderent: utq; cum tui testis Stephani sanguis effunderetur, ego ad eum, & eius neci conseniens, uestimenta custodiarem eorum qui eum interficiebant. Tum ille: Vade, inquit, nam ego te ad procul remotas gentes amittabo.

IVDAEI.

Tolle istum ex orbe terrarum: neque enim conuenit eum uiuere. LYS. Nihil inquam tale uidi. Necesse est grauiorem aliquam esse causam, que uniuersum populum in hunc commoueat. Neq; enim ita clament, & uestes descinderent, pulueremq; in aeternum iacerent. Hec non solent sine maxima causa fieri. Milites, intromittite eum in castra, & uirgis cogite causam fateri, propter quam causam ita in eum clametur. CEN. Fiet. Dispolictur iam, & funibus deligetur. PAVLVS. Licet ne uobis hominem Romanum indemnatum uerberare?

CENT. Vi-

^d Roma.
erat Pau
non loco,
iure ciui
tis.

ii de quid

306 DIALOG. SACRORVM
de quid agas, Lysianam hic homo Romanus est. L.
Ita ne? Adibo eum. Dic mihi, es' ne Romanus? P.
Etiam. L. Ego ipse magno precio in istam ciuita-
tem susceptus sum. P. At ego natus sum. L. De-
fisi te milites, iam satis superq; factum est.

SEN TENTIA.

Iniqui homines ueritatem ui opprimere co-
natur. Pellitur è medio sapientia, ubi ui res
geritur. Romana ciuitas plus habet authorita-
tis apud homines, quam Christiana. Sic fit &
hodie: si ciuius prepotentis ciuitatis aut priu-
cipis autoritate commenderis, locum ubiq;
inuenies. Sin nihil nisi iusticiam habeas, uili-
simus eris.

ANANIAS. Actor. 23.

ARGUMENTVM.

Paulus pinctus Ananiam pontificem acer-
rimè reprehendit, ut exlegem. Deinde dicens
se sperare resurrectionis reum, Pharisæos &
Sadducæos inter se committit, & ab illis ad-
uersus hos defendit.

Paulus, Ananias, Assistentes, Ly-
rias, Sadducæi, Pha-
risæi.

F Ratres, ego ad hoc tempus, Deo conscio, opti-
mè mihi conscius fui. ANAN. Percutiatur
ei os

LIBER IIII.

307

elios. P A V. Percussurus est te Deus, paries in-
crustate. Ergo tu sedes, ut de me ex lege iudices, et
contra legem iubes me pulsari? ASSIS. Pontifi-
ci Dei conuiciaris? P A V. Nesciebam fratres, eum
esse pontificem. Scriptum est enim: Principi populi
tui ne maledicito. Verum audite fratres, qui in hoc
concilio adestis. Ego Phariseus sum, Pharisaei filius:
asperate resurrectionis mortuorum reus sum. S A D.

^a Prude
resurrec
tis ment
facit, qu
à Phar
approba
sciebat.

Lepidum nūgatorē: hoc se modo euadere posse spe-
rat.) P H A. Non malē loquitur: nihil in eo mali ui-
deo. Quod si spiritus cum eo locutus est, aut aliquis
Genius, ne Deo repugnemus. S A D. Ideo cum
defenditis uos, quia se uobiscum sentire clamat.
P H A R. Nos eum ideo defendimus, quia defensio-
ne dignus est. Quid enim commisisti uultis opprime-
re insolentes? S A D. Imo uos uultis tueri fontes? E.
Videndum nobis est, ne hic ab istis discerpatur. Tu
iube huic descendere exercitum, ut eis eripiatur, et
in castra abducatur.

SEN TENTIA.

Iniustus iudex, incrustatus paries. Pisi pro-
funt interdum aduersariorum inter se contro-
uersiq, quemadmodum rixantibus inter se ca-
nibus euadunt homines. Si quando tuetur si-
mulator pium, id magis sui, quam & qui amo-
re facit.

B 2 N.

508 DIALOG. SACRORVM

NEPOS PAVLI.

Actor. 23.

ARGUMENTVM.

Lysias à Pauli nepote de Iudeorum in Paulum coniuratione certior factus, copias parandas curat, quæ Paulum ad Felicem prætorem tutò perducant.

Centurio, Lysias, Neps
Pauli.

Paulus, is qui est in vinculis, me euocatum rogauit, ut hunc ad te adolescentulum adducerem: habere enim cum aliquid ad te. L. Cedo mihi manum, adolescentule. Dic mihi hic in occulto, quid habeas quod uelis mihi enunciare. NEPOS. Iudei constituerunt petere à te, ut cras in concilium educas Paulum, quasi aliquid diligentius in eum quaesturi. Sed tu noli eis obtemperare: nam insidiantur ei homines ex eis supra quadraginta, qui a se deuouerunt, si uel comedenter, uel biberent, quemcum eum interficiant. Et nunc parati, tuum mandatum expectant. L. Laudo te, quod me scite, admonui. Discedes hinc, & nemini haec indicabis, quæ mihi demonstrauisti. Nos duos centuriones, paratos habete milites ducentos, qui Cæsaream proficiantur, & equites septuaginta, hastatosq; ducentos ad horam tertiam noctis: & itimenta adhibete, ut cōimpostum

xecranda
otio, hoc
detesta-
et, que
nocēdum
stutur.

impositum
canti. Ego ad

Ficti ho-
tur. Sæpe
quām in ij-

TE

Paulum
licem præ-
cause cog-
sue tribuni,

Felix pr
lu

A Desti-
set. TER. (1)
quodq; tua pr
stratur, nobis
& agimus gra-
tibi diutius sim-
tate paucis au-
tem, & sediti-
conitantem, a
usq; ut etiam fo-
cōprehensum,

LIBER IIII.

309

impositum Paulum, ad Felicem prætorem perdu-
cant. Ego ad eum epistolam scribam.

SENTENTIA.

Si & homines pijs pertinacissimè insidian-
tur. Sæpe minus est in gentilibus iniquitatis,
quam in ijs qui se Dei populum gloriantur.

TERTVLLVS. Actoꝝ.24.

ARGUMENTVM.

Paulum accusat Tertullus orator, apud Fe-
 licem prætorem. Paulus crima diluit. Felix
 cause cognitionem differt in aduentum Ly-
 się tribuni, Paulūq; iubet remissius custodiri.

Felix præses, Tertullus orator, Pau-
 lus, concio Iudeorum.

Adest hic reus ille Paulus, Anania pontifex, et
 uos seniores. Superest ut uester orator accu-
 set. TER. Quod maxima pace per te fruimur,
 quodq; tua prudentia hæc prouincia recte admini-
 stratur, nobis omnino gratissimum est, optime Felix:
 & agimus gratias quam possumus maximas. Sed ne
 tibi diutius sim molestus, queso ut nos pro tua æqui-
 tate paucis audias. Inuenimus hominē hunc pestilen-
 tem, & seditiones omnibus ubique terrarum Iudeis
 concitantem, ac sectæ Nazarenorum principem, eo
 usq; ut etiam sanum profanare conatus sit. Eum nos
 comprehensum, uoluimus ex nostra lege iudicare. Sed

u 3 intercessit

310 DIALOG. SACRORVM

intercessit Lysias tribunus, eumq; magna uiè manibus nostris eripuit, ac iussit ut eius accusatores apud te adessent. Ex quo quidem Lysia poteris, si querere uoles, certior fieri de omnibus criminibus, quib; nos hunc insinulamus. Atque haec ita se habere, testis est uniuersa iudeorum, quos adesse uides, concio.

C O N . Ita est. P A U L . Licet ne mihi causam dicere? F E L . Licei. P A . Equidem eo confidentius pro me dico, quò scio te multos iam annos huic geniti us dicere: ut possis intelligere, mē non plures

duodecim compleuisse dies, ex quo Hierosolymam ad diuinum cultum concessi.^a Neq; uero me in tem-

pi lo inuenerunt cum aliquo colloquentem, aut vulgi seditionem facientem, neq; in collegijs, neq; oppida-^{cii.}

tim: nec me eorum possunt conuincere, de quibus accusant.^b Illud autem libenter apud te confitebor,

rit. me ex institutione, quam sectam dicunt, Deum colere patrum, fidemq; adiungere omnibus qua in disciplina nostra & uatibus scripta extant: tantumq; mihi de Deo spondere, ut exploratum habeam, mortuos tum bonos tum improbos, aliquando reuolu-
ros: id quod ne ipsi quidem non sperant. Atq; equi-
dem in id incumbo, ut rectam conscientiam Deo semper hominibusq; probare possim. Veneram autem post annos complures, ut muneribus egestatem non nullorum meorum popularium alleuarem, ac ferta libarem; cum me expiatum offenderunt in fano; nul-
la

laum turba
dei, quos op-
re, si quid in
henderunt in
concallis. Ni
inter eos sic c
fense mortuo
cite. Cum Ly
stra causa. Int
remus habi
tua aut fami

Veritati
pretatur ca
mentiend
dicunt. C
estimonti
dices, ubi

Paulus
in qua de
rektione d
num

la cum turba, aut tumultu. Si sunt quidam ex Asia Iudeis, quos oportebat apud te prestatum esse, et accusare, si quid in me haberent. Aut eiā hi, si quod detrahebenderunt in me crimen, dicant sanē; dum oditū in concilio. Nisi forte criminosa est una haec vox quam inter eos sic clamauit: Ego hodie a uobis reus agor de fensō mortuorum resurrectionis. F. Iam finem facite. Cum Lysias tribunus uenerit, cognoscam de uesta causa. Interea tu Centurio Paulum custodi, ita ut remissus habeatur: ne'ue aliquis necessariū eius, aditū aut famulatu prohibeatur.

SENTENTIA.

Veritatis professionem, seditionem interpretatur calumnia. Calumniatores modò ementiendo, modò torquendo, nihil candidè dicunt. Calumniantoribus calumnia impunita est: insontibus innocentia non item. O iudices, ubi nam dormit lex talionis?

FESTVS. Actor. 25.

ARGUMENTVM.

Paulus ad Agrippam regem causam dicit, in qua de sua legatione, mortuorumque resurrectione disserit. Festus praeses eum insatum appellat: Agrippa insatum judicat.

Festus præses, Agrippa rex,
Paulus.

Videtis hunc hominem, Agrippe rex, & omnes uiri qui hic adestis, de quo omnis me iudeorum multitudo tum Hierosolymis tum hic interpellauit, clamans, indignum esse eum uiuere amplius. Ego uero cum comperirem nihil eum capitale admisisse, & ipse ad Augustum prouocauisset, statui mittere: & tamen quid certum de eo scribam ad dominum, non habeo. Ea de causa produxi eum ad uos, & maximè ad te, rex Agrippa, ut re disquisita habeam quod scribam. Absurdum enim mihi uideatur, mittere uinculum: neque crimina, quæ ei imponantur, significare. A.C. Liberum est tibi pro teipso dicere. P A V L. Quod omnia, de quibus à iudeis postulor, hodie sum apud te, rex Agrippa, defensurus, hominem iudaicarum consuetudinum atque controuersiarum uel in primis peritum, equidem beatum me existimo. Quamobrem oro eo, ut me aequo animo audias. Ac meam quidem actam ab ineunte ætate uitam (principio enim uersatus sum Hierosolymis inter meos populares) norunt omnes iudei, iamdiu scientes (modò uelint fateri) me uixisse Phariseum, quæ exactissima nostræ religionis secta est. Et nunc hic storeus speratae præstationis corum quæ maioribus nostris à Deo promissa sunt: quò quidem

dem se pe
noctes die
rex Agrip
bile apud
Equidem
reni nome
mis: multi
à pontifici
& capite
omnia col
dicere: iam
bar etiam
profiscere
pontificib
uidi de coel
meosque
territor
& Hebreo
infectari
calcitrare.
Ego sum, i
rum surge,
rui, ut te e
rum quæc
cando te a p
to, ad eoru
lucem, &

dem se peruenturas duodecim tribus nostræ, Deum
 noctes diesq; assidue colendo, sperant. De hac spe,
 rex Agrippa, à Iudæis accusor. Ita ne uero incredibile
 apud uos iudicatur, à Deo mortuos excitari.
 Evidem statueram, multa mihi contra Iesu Nazareni
 nomen esse facienda. itaque feci Hicrosolymis:
 multosq; sanctos per potestatem, quæ mihi
 à pontificibus permitta erat, in carceres conclusi,
 & capite mea sententia damnaui. Quin eos per
 omnia collegia tormentis sæpe cogebam nefaria
 dicere: iamque immodicè in eos furens, persecue-
 bar etiam ad exterias urbes. Cumque aliquando
 proficiscerer Damascum, cum potestate mihi à
 pontificibus permitta, die medio, Rex, in itinere
 uidi de cælo solis splendore maius lumen, quod me
 meosque comites circumfulsit. Cumque omnes ad
 terram corruissemus, uocem audiui affantis me,
 & Hebreo sermone dicentis: Saule, Saule, quid me
 insectaris? Durum tibi fuerit contra stimulos
 calcitrare. Tum ego: Quis es, inquam, Domine?
 Ego sum, inquit ille, Iesus, quem tu infestas. Ve-
 rum surge, & confite in pedes. Nam eò tibi appa-
 rui, ut te & ministrum & testem constituam co-
 rum quæq; uidisti, quæq; tibi demonstrabo, uindi-
 cando te à populo & gentibus, ad quas nunc te mitto,
 ad eorum oculos aperiendos, ut è tenebris in
 lucem, & ex Satanae potestate ad Deum se con-
 uertant,

a ex pec
 qui eni
 catu co
 tit, seru
 peccati
 porrò l
 autoris
 cati.

314 DIALOG. SACRORVM

uertant, & ita peccatorum ueniam consequantur,
 & ad eandem cum eis sortem perueniant: qui, quia
 in fidem meam uenerunt, sancti facti sunt. Nec ego,
 rex Agrippa, cœlesti uisioni non fui dicto audiens:
 quin primum eis qui Damasci erant, & Hierosoly-
 mis, perq; omnem Iudææ regionem, necnon ipsis
 gentilibus correctionem uitæ denunciarem, & ex-
 hortarer, ut ad Deum sese conuerterent & uitæ cor-
 rectionem factis ostenderent. Hac me causa Iudæi in
 fano comprehensum, conabantur interficere. Sed di-
 uino præsidio ad hunc usq; diem steti; paruos iuxta
 ac magnos commonefaciens, neq; quicquam dicens
 extra ea que tum cæteri uates, tum Moses futura an-
 tè denunciauerunt: Christum uidelicet esse mortem
 passurum, primumq; ex mortuis in uitam reuoca-
 tum, lucem populo & gentibus nunciaturum.

FE-
 odesta STVS. ^b Insanis Paule. Nimiæ te literæ ad insa-
 niam redigunt. PAV. c Non insanio, optime Fe-
 stæ & Chri-
 homi-
 nis.
 tere putem: neq; enim in tenebris gestum est. Credis
 'ne rex Agrippa, uatibus? Credis, scio. A. Prope-
 modum mihi persuades, ut Christianus siam. P.
 Deus faciat, ut non propemodum, sed planè, non so-
 lum tu, sed etiam omnes qui me audiunt, hodie siant
 tales, qualis ego sum: exceptis his uinculis. P. Sur-
 gamus: discedamus hinc. Hic homo mihi uidetur ni-

bit,

bil morte d
iratabsoluVera f
elt. Lice
magis qu
enim no
furrectio
us doctri
furrectioChristu
malisq; se
VEnite
 uobis
 esurirem, de-
 re hospitem
 iustauistis: in
 mine, quana-
 aut suientem
 hospitem, ut

RVM
nsequatur,
t: qui qu
i. Reges,
icio audiens
Hierosolym
necon iſi
rem, et ca
et uter
ausa iudic
ficere Sed di
parnositati
quam diem
ses futura
effemorari
itam revo
turum. Fe
ter, et aliud
io, opime Et
profro. Se t
m hikorū
m est. Oca
A. Prope
ue fum.
placie nos fo
nt, hodie fiant
sille. Sur
hi iudicari
VII

LIBER IIII.

315

bil morte dignum, aut carcere, commisſe. A. Po
terat abſolui, niſi prouocauifſet ad Cæſarem.

S E N T E N T I A .

Vera sapientia, stultorum iudicio infania
est. Licet interdum ex calumniatorum mente
magis quam uerbis, crimina diluere. Neque
enim nominatim accusabatur Paulus de re
ſurrectione mortuorum. sed cum eſſet in ipſi
us doctrina (que ei criminis dabatur) etiam re
ſurrectio, ſeruiuit non iniuste cauſe ſuę.

I V D E X . Matth. 25.

A R G U M E N T U M .

Christus in ultimo aduentu ſuo de bonis
malisq; ſententiam pronunciat.

Iesuſ iudex, Dextri, Si
nisti.

Venite beati Patris mei: poſidete paratum
uobis regnum ab orbe condito. Nam cum
eſurirem, dediſtiſti mihi comedere: cum ſitirem, bibe
re: hoſpitem me accepistiſti: nudum uestiuiſtiſti: aegrum
uifitauistiſti: in cuſtodiam datum inuifitauistiſti. **D.** Do
mine, quando te uidimus eſurientem, ut aluerimus?
aut ſilientem, ut potum dederimus? quando autem
hoſpitem, ut acceperimus? aut nudum, ut uestiueri
mus?

316 DIALOG. SAC. LIB. IIII.

mus? quando ægrum, aut in uinculis, ut inuiserimus?
 I. Credite mihi, quatenus minimo horum fratrum
 meorum fecistis, mihi fecistis. Vos autem abite à me,
 execrables, in ignem æternum, Veiovi, eiusq; Ge-
 nijs paratum: qui me neq; esurientem cibo, neq; siti-
 entem potionē refecistis: hospitem non suscepistis:
 nudum nō uestiuistis: infirmum, & in carcere con-
 iectum, non inuisistis. s. Domine, quando te ui-
 dimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut
 nudum, aut infirmum, aut in carcere, neq; subueni-
 mus? I. Credite mihi, quatenus horum minimo
 non fecistis, mihi non fecistis.

SENTENTIA.

Pro suis quemque factis remunerabitur
 Christus. Quod cuius Christia-
 norum sit, id ipsi Chri-
 sto sit.

F I N I S.

DECEM

DEC
alia deinceps
nD E U S
fatu
duxi ex dom
Deos alio
Simulach
celo, aut inf
to, ne ue ea u
ua Deus tuus
pam etiam in
quartamq; fl
millesimā us
cepta consen
Iouæ Dei
enim finet im
adhibuerit.Diem fabi
egito, tuāq; o
quid louæ D
to, neu tu, ne
aut ancilla, n
peregrinus.
lam, terram,

DECEM DEI PRAECEPTA, ET
alia deinceps sequentia, quæ ad Reipub. institu-
tionem pertinent, ex Exodi cap. 20.
et reliquis.

Deus hæc omnia Israelitis ad hunc modum ef-
fatus est. Ego sum Ioua Deus tuus, qui te e-
duxi ex domicilio servitutis Aegyptiæ.

Deos alios nullos, præter me, habeto.

Simulachrum ullius rei, quæ extet aut supra in
celo, aut infra in terra, aut in aquis sub terra, ne faci-
to, ne'ue ea uenerator, ne'ue colito. Nam ego sum Io-
ua Deus tuus, Deus impatiens socij: qui parentū cul-
pam etiam in liberos persequor, uel ad tertiam usq;
quartamq; stirpem oorum mei: clementiaq; utor ad
millesimā usq; stirpem erga mei amantes, meaq; præ-
cepta conseruantes.

Iouæ Dei tui nomen inaniter ne adhibeto: neque
enim finet impunitum Ioua, qui eius nomen inaniter
adhibuerit.

Diem sabbati sanctè agere memento. Sex diebus
agito, tuaq; opera omnia patrato. Septimo autē die,
quòd Iouæ Deitui Sabbatum est, nullum opus faci-
to, neu tu, neu tuus filius, aut filia, neu tuus seruus,
aut ancilla, neu tuum iumentum, neu apud te degens
peregrinus. Nam cum sex diebus fecisset Ioua cœ-
lum, terram, mare, quæq; in eis sunt omnia, feriatus
est

est die septimo: qua de causa Ioua diem Sabbati fau-
stum sacramq; fecit.

5 Parentem utrumq; honorato, ut diu etatem pro-
ducas in terra, quam tibi Ioua Deus tuus donat.

6 Ne hominem occidito.

7 Ne adulterato.

Ne furator.

9 Falsum testimonium contra alterum ne dicito.

20 Alterius domum ne concupiscito : alterius uxo-
rem ne concupiscito : ne ue feruum , aut ancillam,
ne ue bouem, aut asinum : nihil denique quod sit al-
terius.

Hic uniuersus populus iuisis fragoribus, fulge-
tris, tubæ sonitu, & montis fumo, perterriti absce-
dere : & procul stantes, à Moze petere, ut ipse eis
audientibus loqueretur, non Deus, ne moreren-
tur. Quibus Moses: Ne metuite, inquit . nam ad
uos tentandos uenit Deus, utq; uos eius timor ob-
oculos propositus à peccando deterreat. Igitur
procul stante populo, acceſſit ad illam caliginem,
ubi Deus erat. Et Ioua Moſi ſic fatus eſt: Comme-
morato Iſraelitis, ut me ſecum de caelo uiderint
loquentem, ne præter me a deoſi argenteos aut
alachra aureos fabricentur. Sed mihi ceſſitum altare fu-
at, in quo ſolida ſacrificia & pro ſalute balanib⁹
bubusue faciatis: quo cunq; in loco mei nominis mo-
numentum poſuero, ibi uos auditurus, uobisq; pro-
ſperaturus,

ſperatur
quadrato
mouendo
um altare
pareant.

Heca
Hebreum
manumitti
numittiti
Si dominu
lius procr
ſolus man
domini, &
cum domi
uam aut a
rato, & i

Si quis
ne seruor
diſplicebit
traneam g
eam affec
rit, codem
liam dux
dato. Si tr
it, ſine p

Qui h
capitale e

Speraturus. Quod si mihi altare lapidum fiet, ne ex quadrato lapide excitatote . nam id ferramenta ad mouendo profanaretis. Ne ue per gradus ad meum altare ascendiote , ne in eo obsecena uestra apparet.

Hec autem eis iura propones Si emeris seruum Cap. 12
seruitu Hebreum , sex annos seruito , septimo autem anno manumittitor gratuito. Si coelebs uenit , coelebs manumittitor: si maritus , uxor cum eo manumittitor. Si dominus ei uxorem dederit , ex qua filios aut filias procreauerit , semina & nati domini sunt : ipse solus manumittitor. Quod si seruus captius amore sui domini , & uxor & filiorum , noluerit manumitti , eum dominus ad recuperatores adducito , eiq; ad ual uam aut ad postrem applicato , aurem subula perforato , & ille ei perpetuum seruito.

Si quis filiam suam uendiderit in simulatum , ea ne seruorum in morem manumittitor . si ea domino displicebit , nec is eam desponderit , redhibeto. In extraneam gentem emancipandi potestas ne esto , quia eam affectit ignominia. At si eam filio suo destinaverit , codem iure cum ea , quo cum liberis , agito. Si ^a sciliam duxerit , hanc uictiu , uestiu , ^b congressu ne frau ^{a scili} ter ea dato. Si tria haec ei non confererit , manumittitor gra ^{b scili} ritali , sine precio.

Qui hominem pulsauerit , si is mortuus fuerit , capitale esto. At qui non captauerit , sed in cum foro fortu-

te fortuna incurrit, statuam uobis locum quo con-
fugiat. At si quis alterius necem per dolum de indu-
stria machinatus fuerit, is uel ab arâ mea ad necem
abstrahitor.

Qui patrem aut matrē pulsauerit, capitale esto.

atus sue *Qui hominem a clepsirerit, eumq; uendiderit, aut
rit. is apud eum inuentus fuerit, capitale esto.*

*Qui patri aut mari maledixerit, capitis pœna
est.*

Si quis alterum orta contentione percusserit la-
pide, aut pugno, si ille non fuerit mortuus, sed in le-
ctum decubuerit, si surrexerit, et foras baculo inni-
xus iuerit, percussor sine fraude esto, tantum illius
^b cubatum et medicationem prestat.

amnum *Si quis feruum suum, aut ancillam baculo percus-
ille à serit, si præsens mors sequita fuerit, tenetor. Verum
u & me resarci si unum aut alterum diem superstes fuerit, ne tene-
to. st, eius tor, quoniam ^c pecunia eius est.*

fl, u, po *Si qui dimicando mulierem grauidam uulnerau-
mptus. rint, et abortum intulerint, si pernicies non fuerit, ad
llionis. estimationem mariti mulieris multa esto, et ad eam
rem arbitri sunt. Si autem pernicies fuerit, uitam pro-
uita pendito: oculū pro oculo, dentem pro dente, ma-
num pro manu, pedem pro pede, sugillationē pro su-
gillatione, uulnus pro ualnere, uibicem pro uibice.*

*Si quis serui sui, aut ancillæ oculum percusse-
rit, eumque corruperit, cum manumittito pro o-
culo*

lo. Et si serui sui
manumittito pr
Si quem bos
et is mortuus fu
stor, dominus b
fuerit petulcus,
neg, tamen custo
derit, et bos lap
itor. Si ei mult
cum dato, quam
puerum petuerit;
num petuerit bos
di domino soluum

Si quis fossam
luxerit, et eò d
restat: argenteu
rum habeto.

Si cuius bos al
mortuus fuerit, be
cium diuidunt: m
tum fuerit, bouen
minus eius custo
mortuum habeto.

Si quis bouem
aut uediderit, qui
tuor, balantes pr
Si fur in surrip

lo. Et si serui sui, aut ancille dentem decussarit, cum manumittito pro dente.

Si quem bos uirum aut feminam cornu petiverit, sive perit et is mortuus fuerit, bos lapidator, eius caro ne comedatur, dominus bouis impunitus esto. At si bos antea fuerit petulcus, et eius dominus admonitus fuerit, neque tamen custodiuenterit, si uirum aut foeminam occiderit, et bos lapidator, et eius dominus morte plementior. Si ei multa imponetur, tantum uitae sua pre cium dato, quantumcumque ei fuerit impositum. Siue puerum petiverit, siue puellam, idem iuris esto. Si seruum petiverit bos, aut ancillam, argenti triginta solidi domino soluuntur, bos dilapidator.

Si quis fossam uel aperuerit, uel demiserit, nec obduxerit, et eodem deciderit bos aut asinus, autor fossae praestator: argentum domino illius soluito ipse, mortuum habeto.

Si cuius bos alterius bouem vulnerauerit, et ille mortuus fuerit, bouem uiuum uendunto, et eius precium diuidunto: mortuum etiam diuidunto. Aut si non tamen fuerit, bouem antea esse petulcum, neque cum dominus eius custodiuenterit, * bouem bove pensato, ipse mortuum habeto.

Si quis bouem, pecus uel clepsierit, mactaueritque, aut uediderit, quinq; boues pro uno reddito, et quantuor balantes pro una.

Si fur in surripiendo deprehensus, iactus fuerit, et inde

erga

* uiuus
uem pre
reddito
ti pena.

a oues a
pras. erg
Cap. 22. 1

inde mortuus, homicidij pena ne esto (nisi orto sole: tū homicidij pena esto.) Si habet unde redaat, redditio: sin non habet, uendor pro suo furto.

Si deprehensum fuerit furtum penes eum, bos, asinus, ovis, capra uiuens, duplum redditio.

Si quis emissio pecore comparauerit fundum aut uineam alterius, damnum sarcito de optima parte fundi sui, aut uineae.

Si in spinas immisus ignis, metā, aut segetem, aut messem corruperit, autor ignis detrimētū p̄estato.

depositi.

Si quis apud alterum, argentum supelleētilemice deposuerit, idq; de illius domo surrepium fuerit, si fur deprehensus fuerit, duplum redditio. Sin autem fur non deprehensus fuerit, eum dominus domus ad recuperatores uocator, ni rem alterius interuertit. Quicunq; in re crimen statuetur, in bove, in asino, in ove, in capra, in ueste, quæcunq; res erit amissa, quæ cuia dicatur, causa amborum ad recuperatores defertor: utrum condemnauerint recuperatores, alteri duplum redditio.

Si quis alterius fidei asinū, bouem, ouem, caprā, aut quoduis pecus commiserit, si id nullo uidente fuerit mortuum, aut fractum, aut * abactum, iusluran- dum louæ interponitor, illum rem alterius ad se non auertisse: eamq; satisfactionem dominus rei accipi- to, neg; fiduciarius rem redditio. Quid si ei + furto ablatum fuerit, damnum p̄estato domino rei. Sin ra-

pium

ptid seru

Si quis q

duum aut m

nū p̄estat

cium & pre

Si quis ui

ea concubue

Si puelle

penduo, ufe

Sages utu

Quicunq;

Qui dīss

louæ.

Peregrina

grimi fuscis in

Viduam ri

rio, cum ad m

trauidi, ita tu

conuges uidu

Si cui meo

mutuātō dede

ti usuram im

Si alterius

occidit reddi

eum cuticule

questus fuerit,

Magistratu

ptū à seris fuerit, testē exhibeto, neq; raptū prestatō.

*Si quis quid ab altero utendū acceperit, ex id fra
ctum aut mortuum fuerit, domino rei absente, da
mū prestatō. At presente, ne prestatō, si conducti
cium et precio addictum erat.*

*Si quis uirginem non sponsam pelleixerit, et cum Raptua
ea concubuerit, eam sibi in matrimonium dotato.*

*Si pueræ pater eam locare illi nolet, argentam
pendito, ut fert dos uirginum.*

Sagas uiuere ne finitote.

Quicunq; rem habuerit cum bestia, capitale esto.

*Qui diis sacrificauerit, iacratis intereat, nisi uni
ioue.*

*Peregrinum ne premito, ne ué angito: nam pere
grini fuisse in Aegypto.* Officia erg
inopes.

*Viduam nullam, aut pupillum premito. si preffe
ris, cujus ad me conquerentur, eorum ego querelas
exaudiō, iratusq; ferro uos trucidabo: eruntq; uestre
coniuges uitiae, et liberi pupilli.*

*Si cui meorum pauperi tecum uersanti pecuniā
mutuatō dederis, ne te ei fœneratorem præbeto, ne
si usuram imponito.*

*Si alterius uestem in pignus acceperis, ante solis
occasum redditio: nam id unum habet operimentum,
cum cuticulae amictū, in quo recubet: qui si apud me
questus fuerit, exaudiam, ut sum misericors.*

Magistrati ne maledicito.

Officia erg
maiores.

ga Deum. Ne eū execrator, qui est in tua natione princeps.
Fruges & liquorem tuum' ne auerito.

Primogenitum filiorum tuorum mihi dato. Idem
in bubus & balantibus facito. Septem dies cū matre
sua esto, octauo die id mihi dato.

Cap. 23. Præstatote uos mihi puros homines: & carnem
ruri raptam ne gustatote, sed ad canes proijcitote.

ficia erga homines. Auditionem falsam ne accipito.
Societatem cum impio ne coito, ut sis testis iniurius.

Multitudinem in uitio ne sequitor: neue in lite de
recto in sententiam multitudinis deflectito. Inopi in
lite ne indulgeto.

Si aduersarij tui bouem, asinumque offenderis er
rantem, ei reducito. Si inimici tui asinum uideris one
ri succubuisse, ne ei auxilium denegato, sed opitu
lator.

Inimici tui ius in lite ne deprauato.

A're falsa abesto. Insontem & iustum ne interf
cito, nam ego iniquum non absoluam.

Seilicet in lice. Ne ue donum accipito: nam donum cæcat etiam
per hisplices, honorumq; uiorum orationem per
uerit.

Peregrinum ne uexato: scitis enim uos quæ sit
mens peregrinorum: ut qui peregrini fueritis in Ae
gypto.

Ibbatrum. Sex annos aruum tuum conserito, eiusq; pro
uenture

uenium pere
toq; dū cibar
(si quid illis
in uinea oliu
Sex diebu
tor: ut requi
tus ancillæ tr
Omnia q
Nominis
pato, n' ue ir
Tribus ter
malia seruato
(ut præcepi i
in eo emigrat
apparento. It
risti, quas in
anni, ubi tuas
tannis omnes
sistuntur.

Cum mea
fundes, ferme
Mei festi a
Principium p
loue tui infer
Hocdum i

uentum percipito. at septimo intermittito, remitti-
toq; a cibatum egenorum popularium tuorum, &
(si quid illis superfuerit) bestiarum terrestriū. Idem
in uinea oliueto facito.

Sex diebus opus tuum patrato: at septimo feria-
tor: ut requiescat bos tuus, asinusq; utq; respiret na-
tus ancillæ tuæ, peregrinusq;.

Omnia quæcunq; dixi uobis, seruatote.

Nominis alienorum deorum memoriam ne usur-
pato, ne ue in ore habeto.

Tribus temporibus in anno mihi festa agito. AZY Festi dies.
malia seruato, per quæ septem dies azymis uesceris
(ut præcepi tibi) statuto tempore mēsis uerni, quia
in eo emigrasti ex Aegypto: ergo coram me uacui ne
apparento. Item messalia primituarum frugum ope-
ris tui, quas in agro seueris. Item conditalia in exitu
anni, ubi tuas fruges ex agris condideris. Ter quo-
tannis omnes tui mares in conspectum Domini louæ
sistuntor.

Cum meæ uictimæ sanguinem, eam mastando, ef-
fundes, fermentum ne habeto.

Mei festi adeps in posterum diem ne pernoctato.
Principium primituarum frugum tui fundi in ædem
louæ tui inferto.

Hoc dum in sanguine matris suæ ne coquito.

DIALOGORVM. SACRO-
rum Libri I. Catalogue.

Adamus. Pag.	4	Iosua	60
Cainus	6	Iacob	63
Lotus	7	Gedeon triurans	64
Abrahamus	14	Gedeon	65
Ephron	15	Iephtha	69
Rebecca	17	Rutha	70
Idumus	20	Boozus	71
Venator.	Ead.	Discalceatus	73
Iacobus profugus	24	Samson	75
Laban	25	LIBRI II.	
Iacobus redux	28	Elis	76
Iosephus uenditus	29	Saulus	77
Iosephus captiuus	32	Samuel	79
Iosephus coniector	33	Sortilegium	82
Iosephus agnitus	36	Obedientia	83
Moses expositus	40	Goliathus	86
Dumus	42	Ionathan	90
Vitulus	43	Nouil inium	93
Conquerentes	47	Achimelechus	94
Calebus	49	Doegus	95
Balaamus	53	David latitans	96
Transiordanini	54	Abigail	98
Rachaba	56	Abiseus	102
Gabaonite	58	Phoebas	105
			Achis

LIBR.

Tobias



I N D E X.

Achis	107	Afmodæus	168
Amalchita	108	Raguel	171
Nathan	109	Tobæus	172
Thecuana	111	Raphael	174
Senteis	114	Achior	176
Achitophel	115	Iuditha	180
Absalomus	117	Olofernes	183
Berzelaus	120	Virago	187
Bethsaba	121	Susanna	192
Solomo	123	Chaldei	194
Roboamius	125	Daniel	196
Sarephthana	126	Fornax	200
Elias	127	Balsasar	205
Micheas	133	Haman	208
Sunamitis	136	Artaxerxes	209
Naaman	138	Nehemias	210
Hazael	141	Veritas	212
Iehus	142	LIBRI IIII.	
Iosas	145	Maria	218
Ionas	146	Baptista	219
Rabsaces	150	Nathanael	220
Ezechias	152	Nicodemus	221
Ieremias	155	Samiriana	225
Ananias	158	Centurio	227
Sedecias	160	Piscatores.	ibid.
LIBRI III.		Simon	228
Tobias	162	Iairus	229
		Phi-	

I N D E X.

Philippus	251	Petrus	270
Panis	233	Pilatus	274
Præposteri	236	Barrabas	276
Chananæa	236	Simon	277
Fermentum	239	Lingue	278
Clauiger	240	Claudus	282
Lunaticus	242	Primates	285
Lapidantes	243	Gamaliel	287
Cecus natus	247	Stephanus	289
Renoualia	253	Cornelius	295
Thomas	254	Circumcisi	297
LAZARUS	255	Rhode	299
Repudium	257	Philosophi	300
Dives	258	Lysias	302
Dives immisericors	261	Anania	306
Filiij Zebedæi	262	Nepos Pauli	308
Vinitores	262	Festillus	309
Denarius	267	Festus	311
Sadducei	Ead.	Iudex	315

F I N I S.

T E A w G
Finis
End.

E F
SCKI

IN
optim
& hu
STI.
cepto
simi:
do



Pars anim
Cumq
Non fut
Non l
Nec uel a
Nec p
Ingenio
Etme

E P I T A P H I A,
 S C R I P T A A' P A V L O C H E R-
 lero Elsterburgensi, S T V-
 D I O S O :

I N O B I T U M C L A R I S S I M I ,
 optimi, doctissimiq; uiri, uera pietate
 & humanitate præstantis, D. S E B A-
 S T I A N I C A S T A L I O N I S , præ-
 ceptoris sui obseruadi, semperq; carif-
 simi : qui piè & sanctè in Domino ob-
 dormiuit, Basileæ, Anno Chri-
 sti 1564. die 29 De-
 cembris.

H ERE
 S T E locus, niueo substratus marmo
 re, terræ,
 Viscera defuncti C A S T A L I O N I S
 habet.

Pars animæ melior patrio successit Olympo:

Cumq; D E O , cœli regna beata colit.

Non fuit excelsa prognatus stirpe parentum:

Non longum à celesti sanguine stemma tulit.

Nec uel diuinitas magnas, tectumq; superbum:

Nec potuit fundos commemorare suos.

Ingenio ualuit tantum, pietate, fidelijs:

Et mera paupertas, quod fuit, omne fuit.

x 5

Hæc

Hac potuit secelebrem i clare per orbem:
 Nem patrimonij res fuit ista loco.
 Pauper erat natus, primis adoleuit ab annis
 Pauper, et extremum pauper ad usq; diem.
 Sed tamen in Domini Verbo, Christiq; saurore,
 Quas coluit, magnas diues habebat opes.
 Quis non erugo radit, nec tinea rodit
 Dentibus: atq; nihil fur ubi iuris habet.
 Ingenuas artes tenero studiosus ab euo
 Imbibit, et Clariss ora rigauit aquis.
 Atq; ipsum iuuenem quamvis Academia nulla
 Viderit, optato consideritq; sinu:
 Sic tamen Aonias altè caput ipse per artes
 Extulit, ut toto clarus in orbe forl.
 Lugduni docuit primum, linguamq; Pelasgam
 Ista Nobilibus legit in urbe tribus.
 Postea concepsit florentem laude Geneuam
 Musarum, studijs tempus ut omne daret.
 Sed quia paupertas, multis inimica, premebat:
 Pauper ibi Ludi munera Rector obit.
 Et per tres adeò fidus, non amplius, annos
 Imberbes iuuenes, agmina parva, docet.
 Tandem cuiusdam quoniam mala structa timebat,
 Cum quo religio non erat una sibi:
 Suspectos liquit fines, et limen auarum:
 Teutonicae q; uenit pauper in arua plagæ.
 Quem demum recipis Musarum candida mater,

Inclita

In ita
 His quia n
 Vener
 Pauperis
 Præbui
 Et quiae
 Copia,
 Ieiunias cre
 Sumere
 Quintetiam
 Pellere,
 Ex Rheno
 Cum gra
 Nec pudor,
 Nec pud
 Ut charam
 Hinc ale
 Sicutifere u
 Est data
 Vi Graie r
 In nostr
 Quam curi
 Perpetu
 Socratis lib
 Explicu
 Ac si mens
 Efficere

331

In Syria non tepido tu Basilea finu.
Hic quia nudus, inops, simul et pauperrimus hospes
Venerat, obscuro sedit in urbe loco.
Pauperis & iuguri congesta est cespite, parua
Præbuit hospitijs frigida regna, domus.
Et quia nec fulgens aurum, nec nobilis acri
Copia, nec nummus sepe uel unus erat:
Ieiunas crebro coenæ, & prandia nudo
Sumere cum parua prole solebat, agro.
Quinetiam urentis quod posset frigora brumæ
Pellere, uel temues ritè parare cibos:
Ex Rheno manibus uenientia ligna trahebat,
Cum grauis ingentes fuderat imber aquas.
Nec pudor, interdum pisces captare sub undis:
Nec pudor & rastris findere pingue solum,
Ut charam uxorem posset, sobolemq; tenellam
Hinc alere, & fortis damna leuare suæ.
Sic misere uitam degebati: postea donec
Est data per doctos functio grata uiros,
Ut Graiae rursus linguae monumenta doceret,
In nostra, seruas quam Basilea, Schola.
Quam curis obiit magnis: docuitq; iuuentane
Perpetuò fida sedulitate suam.
Isocratis libros, & libros acri Homeri
Explicit, magna non sine laudi sua.
Ac si mense suos tantum potuisset in uno.
Efficere & doctos, discipulosq; bonos,

Ipse pepercisset nullis conatibus unquam:
 Tam fuit & fidus, tam fuit ipse probus.
 Tum quæ quotidie fida bene uoce monebat
 De studijs, ueri deq; timore D E I:
 Horum lumen erat uiuum, specimenq; probatum
 In uita cunctis, quod sequerentur, erat.
 Interea uero priuatos usq; labores
 Sumpsit, & his etiam tempora iusta dedit.
BIBLIA conuertit Latio sermone: disertos
 Argolicos Latio fecit & ore libros.
 Carnina iam pepigit, iam Graios inde relegit
 Authores: fieri puraq; cuncta dedit.
 Atq; utinam nondum tempus fatale uocasset,
 Scripsisset doctis plura legenda uiris.
 Sed quia te nobis raptuerunt numina seu,
 Arbitrijs quorum subdita turba sumus:
 Vade age **C A S T A L I O**: patriasq; receptus in oras,
 Nunc cape coelesti gaudia uera throno.
 Cumq; tuo Christo, quem corde atq; ore professus
 Semper es, aeternos uiuere perge dies.
 At nos interea, donec D E V S ire iubebit,
 Hic erimus memores laudis ubiq; tuæ.
 Dumq; suas sylvae frondes, dum germina campi,
 Sidera dum celum, dum uehet amnis aquas:
 Uigenij monumenta tui, pietasq; manebunt,
 Candorisq; tui fama perennis erit.

ALIVD

AL VD BREVIVS EPITAPH.

Quod continet & annum etatis ipsius, & mensem
ac diem quo obiit: & numerum liberorum,
quos moriens post se re-
liquit.

Hic sub cadieni Preceptor marmore dormis:
Viuis adhuc, quamuis te sera parca tulit.
Et viues, nam laude uirum qui dignus habetur,
Ulo Musa uetat tempore sancta mori.
Ipse quater denos, atq; annos insuper octo
Vixisti terris pauper, et exul, inops.
Inde dies quando uigesima nona Decembbris
Orta fuit, coeli sidera celsa petis:
Linquis in hoc autem natos bis quattuor orbe,
Eoemellas & que quatuor, atq; mares.
Hos Deus, hos omnes patrio curabit amore,
Pupillis gaudet qui pater esse suis.
Qui fueris porrè, non est memorare necesse:
Felix qui fiet par pietate tibi.
Felix qui fiet par bonitate tibi.
Felix qui nouit, sicut & ipse, Deum.
Felix qui uiuit, sicut & ipse, Deo.
Felix qui moritur, sicut & ipse, Deo.

ALIVD, HEROICVM: IN QJO;
 in principio singulorum Versuum sic leges: Hoc Ia-
 cet: in medio, CASTALIO: in fine;
 M. D. LXIII.

Hoc tua, Castalio,	C onduntur caspite	M ibrā:
I llusq; manent	A d tempora leta	D iei.
C elestes autem	S edes mens uiuida	L ustrat:
I nq; Deo gaudēs	T enet alma gaudia	V ita.
A nte homines	A ntiqua fides, et cādida	V irtus
C ura iubis fuit,	L usus tuu: omnia	I ustè
E t pia simplicitas	I n te uiuebat: ab	I llis
T u merito donis,	O mni celebrari	I n orbe.

ALIVD, DE MONUMENTO,
Car quod ei tres Poloni, Iuuenes nobiles, discipuli e-
 ius, gratitudinis ergo, locarunt: in summi
 Tempii Basilensis peristylio,
 in paumento.

Hoc tibi nunc nostri monumentum & pignus
 amoris,
 Quo te prosequimur, chare Magister habe.
 Quod tibi tres ponunt iuuenes, natione Poloni:
 Ab fratribus quondam, discipulicq; tui.
 Vnde per aeternos preceptor amabilis annos:
 Mente, polo: fama, semper in orbe manes.

T V M V-



1683. wieſe me den
 gewan Leoludger in Brabant
 Salutis.

IN 6/0,
elegeschla-
künste,

e Mönk
Dm.
s Lutte
se Vne
sida Vene
e Ioh
Ilo
Iwia

MENTO,
es, discipu-
in summa
ylio,

ntum & pign

ffler habe.
one Poloni:
nul.
is annos:
e menses

TIV.

X, C, 2, a.

die neue
Weltkarte von

WILHELMUS DE
MONTAIGNE

P dñe n:

m

trit

nre

trit

nre

trit

nre

trit

nre

O nunc et psalmus dñe.
Ois dñe dñe dñe
ren em iur mō dñe
mren n abū. Cuperia
mri dei pniciblē et gr
nes meas uellenke fan
no mā nō nim al uoch
pantiblē et spiciblē i mre.
Ois dñe ameliora nre
et ipso nō sē fñsca.